# DE USU CONIUNCTIVI ET OPTATIVI IN ENUNTIATIONIBUS SECUNDARIIS APUD EPICOS GRAECOS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XV. M. IUNII A. D. MDCCCLXVII.

HORA XI.

IN

AUDITORIO MAXIMO UNA CUM THESIBUS

A SE PROPOSITIS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

PETRUS WITTING

WIRSITZIENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

C. MARTIN, PHIL. DR.

G. GLOGAU, PHIL. CAND.

HALAE,

FORMIS PLOETZIANIS.


LC Control Number
2003 354753

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

# I. H. DEINHARDTIO

DOCTORI PHILOSOPHIAE

DIRECTORI GYMNASII BROMBERGENSIS

TENUE HOC STUDIORUM SPECIMEN

**PIO GRATOQUE ANIMO**

INSCRIPSIT

AUCTOR.

I.

## De usu Conjunctivi et Optativi in enuntiationibus secundariis apud Epicos graecos.

Usum Conjunctivi et Optativi in enuntiatis secundariis apud omnes Epicos graecos accuratius inquirenti praecipua atque evidentia discrimina obviam fient, ex quibus facile sectae quaedam constitui possint certis ac definitis finibus circumscriptae. Itaque peculiari cujusque epici poetae ratione identidem perlustrata omnes in tres classes distribuere mihi visum est. Atque prima quidem secta continet Homeri, Homeridarum, Hesiodi carmina. Quos apud poetas in omnibus enuntiatis temporalibus causalibus relativis accurate distinguitur conjunctivus ab optativo, conjunctivus simplex a conjunctivo cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjuncto, simplex optativus ab optativo cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjuncto. Optativo enim tantum mere cogitata exprimuntur, quae utrum futura sint necne prorsus in medio relinquitur, conjunctivo perinde quidem quae in cogitatione versantur, sed quae ex rerum conditione eventura esse colligi potest. Deinde vero inter conjunctivum simplicem et conjunctivum cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjunctum hoc intercedit discrimen, quod in illo tantum potestas vel probabilitas, in hoc vero necessitas quaedam eveniendi inest; et cum qui optativo utitur rem non esse profiteatur, particulis *ἄν* vel *κέ* adjectis non plane eam a veritate abhorrere significat, sed ex libero arbitrio futuram esse se credere. Jam nunc exempla nonnulla ad illustranda haec discrimina proferam, quae postea omnibus Homeri, Homeridarum, Hesiodi locis accuratius declarabimus. Ita habes conjunctivum simplicem Il. *E* 407 *οὐ δηναιὸς ὅς ἀθανάτοισι μάχηται*, conjunctivum cum *κέ* particula conjunctum *Λ* 455 *αὐτὰρ ἔμ', εἴ κε θάνω, κτεριοῦσι Ἀχαιοί*, optativum simplicem *B* 488 *πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν*, optativum cum *ἄν* particula conjunctum Il. I 304 *νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπεὶ ἂν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθοι λύσσαν ἔχων ὀλοήν.*

Secunda classis Epicos a Callimacho usque ad Quintum Smyrnaeum complectitur, quos tamen, quod discrimina graviora inter singulos eorum intercedunt, in tres partes distribuendos esse postea videbimus quarum prima Callimachum et Apollonium Rhodium, secunda Aratum, Nicandrum, Maximum, tertia Epicos ab Oppiano usque ad Quintum continet. Sed hoc loco in universum tantum quibus notis omnes secundae classis poetae designentur, explicabo. Apud omnes omnino conjunctivus dominatur, ut semper fere praeferatur, ubi non aut metri aut alia quadam necessitate optativus requiritur. Ita fit, ut inprimis inde ab Oppiano optativi formae in *αις* et *αι* desinentes plane obsoleverint atque locum eorum conjunctivi in *ῃς* et *ῃ* exeuntes occupaverint. Attamen longiores illae optativi formae in -*ειας*, -*ειε*, -*ειεν*, terminatae valde iis in deliciis erant, quippe quae perfacile metro se accommodarent atque ideo cum conjunctivo mutari non possent, ita ut persaepe etiam adhiberentur, ubi ex regula vulgari conjunctivum exspectares. Neque ullum vestigium discriminum illorum cogitationi logicae accommodatorum apud hos exstat, quae antiquissimi poetae stricte observabant.

Denique Nonnus etiam hac in re signifer et dux novae epicae poeseos rationis exstitit. Optativus peculiari significatione praeditus jam diu evanuerat, nec jam propter vim ei innatam usurpabatur, sed tantum metri gratia, ubi conjunctivus locum habere non poterat. Saepissime vero Conjunctivus et simplex et cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjunctus sine ullo discrimine adhibebatur, atque tam saepe adhibebatur, ut apud Manethonem nullum fere enuntiatum temporale et conditionale invenias, in quo conjunctivus locum non habeat. Apud Nonnum contra indicativus dominatur. Ex quadringentis enuntiatis conditionalibus viginti unum tantum habes cum conjunctivo, pro quo metri gratia quattuordecim locis optativus adhibetur, atque aeque ex centum quadraginta enuntiatis particula *ὅτε* institutis quinque tantum habes cum conjunctivo. Ubi enim res, quas ex rerum quibuscum componuntur conditione eventuras esse colligi potest, proferuntur, apud Nonnum modus indicativus exstat et quidem praesens, cum loquens ad futurum tempus, ubi res

fiunt, se ipsum referat, aut res, quae fiunt, ad id temporis momentum referat, quo loquitur, deinde aoristus, cum pro incertis certa commemoret atque id, quod fieri potest vel solet, tanquam vere factum proferat, denique etiam futurum, qua verbi forma tanquam certissime eventura significantur quae adhuc pendent ex consilio capiendo aut ex connexu vel eventu rerum quarumdam adhuc incertarum. Rarissime tantum a Nonno conjunctivus adhibetur, cujus in locum semper optativus idem ei significans succedit, ubi metrum postulat. Uterque modus autem usurpatur, aut ubi indicativus metri gratia poni non poterat, cfr. 37, 431 *ἀνέμιμνεν, εἰσόκε παρήλυθε*, sed 24, 150 *ἐμίμνομεν, εἰσόκεν ἔλθῃ* et 21, 51 *μίμνε.., εἰσόκε νοστήσειε* caesurae trochaicae caussa, aut ubi sive pro versus necessitate sive ex libero poetae arbitrio conjunctiones mutantur, velut 15, 341 *ἢν δὲ κατακτείνῃς με..., μὴ φλέξειας*, contra 11, 202 *εἰ δὲ κατακτείνεις με..., δάμασσον*; perraro tantum conjunctivo utitur in iis rebus proferendis, quas ex rerum statu eventuras colligi debet, velut 25, 363 *οὐ πρὶν πολέμου τέλος ἔσσεται, εἰσόκε.. ἕκτον ἀναπλήσωσιν ἔτος τετράζυγες*, quamquam etiam hic similia exempla cum indicativo praesentis inveniuntur, cfr. 41, 394 *πρὶν ἀτασθαλίῃ πολιπόρθιος οὔποτε λήξει εἰρήνην κλονέουσα, ἄχρι δικάζει Βηρυτὸς.. γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον.*

Jam ad singulos poetas contemplandos transeamus et primum quidem quaeramus, quomodo Conjunctivus et Optativus ab Homero in enuntiationibus conditionalibus, causalibus, temporalibus, relativis adhibitus, quibusque certis finibus uterque modus ab hoc principe poeta circumscriptus sit.

## De Conjunctivo cum partt. *ἄν* vel *κέ* conjuncto.

Conjunctivum cum partt. *ἄν* vel *κέ* conjunctum locum habere, ubi ex praesenti rerum statu eventurum esse aliquid gravius affirmetur, conjunctivo simplici vero tantum potestatem eveniendi inesse jam supra commemoravimus. Particula *ἄν* vel *κέ* conjunctivo adjecta singulare factum momento aliquo futuri temporis certissime eventurum ostenditur. Loquens enim ex opinione, quam de rerum nexu sibi statuit, rem prolatam even-

turam esse judicat. Cfr. Bäumlein Untersuchungen über die griech. Modi und die Partt. ἄν und κέ p. 85 et p. 227 sq. Ita primum quidem Homerus ἄν vel κέ particulas ubique conjunctivo conjunxit in iis rebus proferendis, quarum alterutra ex judicio loquentis necessario fiet: Il. *Α* 547 sq. *ἀλλ' ὃν μέν κ' ἐπιεικὲς ἀκουέμεν, οὔ τις ἔπειτα οὔτε θεῶν πρότερος τόν γ' εἴσεται οὔτ' ἀνθρώπων· ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλωμι νοῆσαι, μή τι σὺ ταῦτα ἕκαστα διείρεο μηδὲ μετάλλα.* *Ψ* 855 sq. *Γ* 281 sq. *Η* 77. *Κ* 449 sq. *Ι* 412 sq. *Ρ* 91 sq. *Φ* 553 sq. *Ε* 129 sq. *Λ* 404 *Χ* 99 sq. *Ω* 529 sq. — In Odyssea habes exempla haec: *α* 287 sq. *β* 218. *ε* 466 sq. *λ* 110 sq. idem *μ* 137 sq. *ξ* 395. *π* 403 sq. *ϱ* 79 sq. Eadem est ratio enuntiationum interrogativarum: Il. *Θ* 532 sq. *Ι* 619. ib. 701. *Φ* 224 sq. *Χ* 244 sq. *Ν* 741 sq. In omnibus his enuntiationibus sumptio aliqua ejusque contrarium inest, quod necessario ex loquentis judicio fiet, si illa non evenerit. Qua in forma igitur judicium disjunctivum obtinet: aut hoc erit aut contrarium; incertum quidem adhuc est, utrum futurum sit; attamen alterutrum necessario fiet. Interdum in primo hujus judicii disjunctivi membro indicativus futuri locum habet pro conjunctivo cum κέ particula conjuncto, quia loquens confidentius sibi rem eventuram esse persuasisse significare vult. Il. *Α* 135. *Ι* 508. Od. *σ* 265.

In hymnis Homericis duo reperiuntur exempla Conjunctivi earum enuntiationum, quae judicium disjunctivum exprimunt. ad Merc. 482 sq.; atque alterum exemplum, cujus in primo membro ὅστις ἄν positum est ib. 534 sq. Utrumque exemplum ab usu Homeri antiquissimi poetae recedit, apud quem tantum κέ particula in hac forma cum conjunctivo conjungitur.

Apud Hesiodum haec habemus exempla: Theog. 603 sq. Op. 280 sq. ib. 354. 357 sq. 478 sq.

Persaepe autem a loquente alterum tantum horum judiciorum profertur, contrarii omnino ratione non habita, quia eventurum hoc minus sibi persuadere potest. Attamen ubique cogitatione supplendum est, quippe quod necessario futurum sit, si id, quod sumpserit loquens, non evenerit. Il. *Α* 325 *εἰ δὲ κε μὴ δώῃσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι*, quibus verbis Agamemnon Talthybium et Eurybatem Briseidem sibi e ten-

torio Achillis arcessere jubet. . Quam cum vobis dederit, adducite. Attamen Agamemnoni verisimilius est, Achillem eam non esse redditurum; itaque hoc tantum commemorat. Item ib. 580. *B* 364 *εἰ δέ κεν ὧς ἔρξῃς, γνώσῃ* . . Agamemnon si hoc consilium Nestoris non sequatur, ignavos non cognoscet, id quod necessarium est, ut damnum, quod fieri possit, prohibeatur. Quam ob rem Nestor id tantum, quod eventurum esse nunc ei magis persuasum est, profert. *Δ* 170. *Γ* 71. cfr. ib. 92. *Γ* 288. *Δ* 415. cfr. ib. 417. *E* 224. ib. 231. *Z* 227. *πολλοὶ μὲν γὰρ ἐμοὶ Τρῶες . . κτείνειν ὅν κε θεός γε πόρῃ καὶ ποσσὶ κιχείω* dicit Diomedes, qui cum usque ad illud tempus tam gloriose Minerva adjuvante adversus Trojanos dimicasset, etiam in posterum deam sibi multos occidendos tradituram esse colligit. Notandum mihi hoc loco videtur, particulam *κέ* saepe — quod etiam sequentibus exemplis observare possis — notionem suam amplificasse, quippe quae non duas tantum res inter se oppositas, quarum alterutram loquens futuri temporis momento aliquo eventuram esse e rerum statu colligit, distineat, sed potius animum legentis vel audientis in omnes singulas partes singulari serie comprehensas vel in singulas quasque species generis alicujus prolati convertat. Quae proprietas particulae inprimis cognoscitur in enuntiatis relativis, velut *Λ* 409. *Θ* 464. *I* 362. *Ξ* 368. *Σ* 270. *Φ* 567. *X* 99. 111. 418. *Ψ* 805. *Φ* 437. (cfr. *Λ* 404.) *Λ* 367. Od. $_{0}$54. 70. Rarius hunc usum in enuntiatis temporalibus invenies. Od. v. 100. Proinde redeamus, ubi substitimus. Eadem ratio, quae inest in enuntiationibus relativis et conditionalibus, inest in interrogativis. *O* 403. *τίς δ' οἶδ' εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίνω παρειπών*; Certe metuendum erat, ne recusaret Achilles auxilium ferre Achaeis. *Π* 860. *τίς δ' οἶδ' εἴ κ' Ἀχιλλεὺς φθήῃ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι* dicit Hector victoria exsultans, qui Patroclo occiso jam sperat, etiam Achillem se esse interfecturum. *Λ* 792, ubi Hermannus et Thierschius Gr. Gr. p. 629. optimo jure conjunctivum *ὀρίνῃς* emendaverunt. cfr. Od. *β* 332. *γ* 216. *α* 94. *β* 216. 360. *γ* 83. *ε* 417. *α* 379. *β* 143. Il. *Ω* 301. Od. *δ* 34. 322. *ν* 182.

In Odyssea haec reperiuntur exempla enuntiationum ejus-

modi, in quibus unum tantum vel verisimilius vel ad orationem gravius ex pluribus, quae evenire possunt, profertur. η 75. εἴ κέν τοι κείνη γε φίλα φρονέῃσ᾽ ἐνὶ θυμῷ, ἐλπωρή τοι ἔπειτα φίλους ἰδέειν. Minerva alloquitur Ulixem, haud ignorans, si benevolentiam favoremque Aretae sibi paraverit, illam se domum esse remissuram; si non, fortasse etiam diu se erraturum esse μ 121. σ 46. ι 158.

In hymnis Homericis hi sunt loci: ad Merc. 174. ib. 562.

Plura exempla exstant apud Hesiodum: Op. 303. cf. ib. 312. 314. 644. 210. Theog. 793.

Porro Homerus particulas ἄν vel κέ cum conjunctivo conjungit, ubi quis sive suadet vel adhortatur sive dissuadet vel minatur. Loquens enim, praesenti rerum statu perpenso, id quod praecipiat, eventurum esse colligit, quia, nisi ex rerum conditione id futurum esse quod dicat judicaret, prorsus praeceptum non daret. Jam vero apparet, in conjunctivo cum ἄν vel κέ partt. conjuncto non absolutam veritatem inesse, sed tantum, ut ita dicam, subjectivam; nam alii aliud de earundem rerum statu judicare et diverse de eodem cogitantes etiam diversum aliquid eventurum esse colligere possunt. Si exprimere vis, futurum eventum plane cum veritate congruere, indicativus futuri adhibendus est. At Conjunctivus cum ἄν vel κέ partt. conjunctus ex judicio tantum loquentis necessitatem quandam eveniendi accipit atque fortiter rei, quae ponitur, exigit veritatem. cf. Bäumlein l. all. p. 219. „Immer ist in dieser Construktion die Voraussetzung einer Handlung als einer wirklich eintretenden gegeben. Daher ist es gewöhnlich, dass, wenn der Hauptsatz das Futurum Indikativi oder den Imperativ hat, der Bedingungssatz ἐάν mit Conj. erhält; denn wenn etwas unter einer gewissen Bedingung geschehen wird, oder geschehen soll, so muss auch das wirklich Werden dieser Bedingung selbst vorausgesetzt werden.“ Ac porro explicat exempla nonnulla. Haec disserit p. 224. ad locum Iliadis *I* 518 ff.: „Zeus kann den Zank mit Hera voraussehen, und setzt es daher als wirklich werdend, dass sie mit Vorwürfen ihn reizen werde,“ et p. 230. ad loc. Il. 6, 258. ἀλλὰ μέν᾽, ὄφρα κε . . οἶνον ἐνείκω „es wird dies also als wirklich werdend gesetzt, und unter der

Voraussetzung, dass es geschehen werde, wird die Bitte gestellt, zu bleiben. Cfr. ib. p. 231. ad loc. Il. 2, 331 sq. „Troja's Eroberung ist das Ziel, auf dessen Verwirklichung hingestrebt wird, und zwar ist die Verwirklichung hier gesetzt, Voraussetzung in Bezug auf die Aufforderung *μίμνετε*." Ib. p. 223. ad loc. Il. *I* 565 ff. Ac primum quidem Conjunctivum cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjunctum habemus in minando: *Α* 139. *Π* 61. cfr. *I* 650 sq. *Β* 258. 391. cfr. *Θ* 10. ib. 419. 477. 482. *I* 312. *Ο* 348. *Π* 499. *Γ* 288. *Ν* 830. *Ρ* 229. *Ψ* 412. 543. *Σ* 180. *Ρ* 29. *Τ* 235. *Υ* 138. *Ψ* 534. *Φ* 128. Odysseae hi loci sunt: *σ* 63. ib. 150. *τ* 488. *φ* 363. *χ* 216. ib. 345. *σ* 83. *φ* 305. *ρ* 230.

In hymnis Homericis haec inveniuntur exempla: ad Ven. 286. ib. 149. ad Cer. 367. in naut. 4. *Καμ. ἢ Κερ.* 7. ib. 22.

Hesiodi carminum unus tantum exstat locus Op. 57.

Deinde Conjunctivus cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjunctus adhibetur in adhortando et suadendo vel precando: Il. *Ε* 131. *ἀτὰρ εἴ κε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη ἔλθῃσ' ἐς πόλεμον, τήν γ' οὐτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ.* Nisi Minerva ex rerum statu Venerem in pugnam prodituram esse colligere potuisset, praeceptum supervacaneum, vel potius absurdum fuisset. *Δ* 306. *Η* 171. *I* 74. *Ε* 260. *I* 135 sq. ib. 146. 165. 277—282. 288. *Κ* 235. *Ξ* 5. ib. 77. *Ο* 109 ib. 147. 294. *Π* 94. ib. 620. *Σ* 273. *Τ* 228. 230. *Υ* 300. *Φ* 295. *Δ* 53. *Ψ* 10. ib. 553. *Ω* 116. 119. 175. *Η* 335. ib. 459. *Α* 565. *Θ* 180. *Χ* 358. *Δ* 239. *Ζ* 83. *Π* 246. *Τ* 401. *Υ* 337. *Β* 331. *Η* 291. ib. 375. ib. 396. *I* 48. *Π* 453. *Φ* 531. *Ψ* 243. *Ρ* 622. *Ο* 46. *Π* 94. *Κ* 67. 443. *Ζ* 258. *Τ* 190. *Ω* 430. *I* 112. *Μ* 75. *Ξ* 74. *Σ* 297. *Ρ* 185. *Ζ* 112. *Η* 193. *Θ* 374. *Ο* 232. *Σ* 408. *Υ* 24. *Α* 509. ib. 407. Etiam in enuntiationibus interrogativis haec forma adhibetur: *Ο* 297. *Η* 38. *Π* 39. 40. *Β*. 72. *Δ* 247. *Ζ* 306 sq. ib. 526. *Μ*. 375. *Θ* 282. *I* 171. *Κ* 55. *Α* 791. 798. *Μ* 274. *Ν* 235. *Π* 724 *Ρ* 121. ib. 691. *Σ* 198. *Ω* 357.

In Odyssea haec occurrunt exempla: *α* 316. *γ* 45. *ζ* 28. *δ* 414. *ζ* 37. *ε* 348. *ο* 310. *ψ* 79. *ζ* 297. *κ* 287. ib. 526. *λ* 119. *μ* 53. 163. ib. 298. *ο* 36. *π* 349. *σ* 269. ib. 286. *φ* 159. *χ* 440. *κ* 293. 508. *β* 212. *θ* 496. *ι* 502. *λ* 105. *μ* 49. *δ* 420. *θ* 241. *ο* 446. *π* 286. *τ* 6. *ζ* 303. *κ* 508. *λ* 127. *ν* 155. *α* 293. *δ* 414. *κ* 526. *χ* 219. *γ* 45. *φ* 159. *ξ* 152 *β* 97. *ζ* 295. *ι* 138. *κ* 460. *λ* 122. 351. *ο* 24. 51. 75. 543.

ϱ 56. τ 142. χ 58. 443. ω 132. α 294. 270. δ 545. 587. τ 16. α 316. ζ 304. ν 411. χ 375. 75., enuntiat. interrog. α 281. χ 252. μ 215. ν 181. ξ 118. ϱ 50.

In hymnis Homericis habes: ad Apoll. 166. ἐμεῖο δὲ καὶ μετόπισθε μνήσασθ᾽, ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων ἐνθάδ᾽ ἀνείρηται ξεῖνος. Hoc loco pronomen τίς conjunctivo cum κέ particula conjuncto adjectum videmus, quo, quae de genere aliquo valent, in singulari ejus specie, velut certo in exemplo cognoscenda exhibentur. Ita semper fere Homerus — quo de usu postea disputabitur — ubi pronomen τίς ponitur, conjunctivum cum ἄν vel κέ partt. conjunctum adhibet. Nec mirum. Poeta epicus enim, quae de genere quodam rerum dicenda sunt, singulari in specie ejus generis legentis vel audientis animo subjiciens, ut majorem efficiat perspicuitatem narrationis, quae summa est ejus virtus, operam dat. Posteriores epici prorsus ab hoc usu declinant. hym. ad Ven. 281. ἢν δέ τις εἴρηταί σε, μυθεῖσθαι. ad Cer. 162 sq.

Hesiodi carminum haec exstant exempla: Sc. Herc. 331. cfr. ib. 328. sq. Op. 392. 427. 448. 349. 425. 458. 465. 543. 597. 600. 609. 614. 646. 711.

Ut in suadendo vel precando, ita etiam in deprecando et dissuadendo conjunctivus cum ἄν vel κέ partt. conjunctus adhibetur, si quis alterum permovere vult, ne quid faciat, incommoda ostendens, quae deneganti certissime exorientur. Jam patet, id quod aliquis aut appeti aut omitti vult, tale semper esse oportere, quod eventurum ex rerum conditione colligi possit, quia si loquens non id esse futurum judicaret, etiam dissuasio et deprecatio supervacanea, immo potius absurda esset. Quam ob rem in singulis exemplis commemorandis plura de iis disserere supervacaneum videtur, quippe quae jam ex ipsa rerum cohaerentia perfacile a quovis aspiciente intellegi atque explicari possint. Il. Γ 65. Δ 40. Ε 129. ib. 421. Ξ 309. Ω 592. Ξ 126. Π 87. Ρ 100. Ζ 411. cfr. ib. 409. Α 241. 518. Β 34. Χ 358. Φ 340. Π 445. Υ 181. Ι 604. Χ 54. Π 31. Σ 91. Odysseae hi sunt loci: π 254. τ 83. υ 294. φ 114. ib. 237. φ 312. 383. β 101. τ 146. ω 136. φ 314. δ 494. β 373. δ 475. In hymnis Hom. unum ex-

stat exemplum: ad Apoll. 70. In Hesiodi carminibus haec reperiuntur: Op. 708. ib. 728.

Porro Conjunctivus cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjunctus adhibetur, ubi res prolata ad judicium loquentis refertur, ex quo vel ipsa vel contrarium certo aliquo futuri temporis momento evenire debet. Etiam his omnibus locis necessitas eveniendi adhaeret. Itaque conjunctivi forma illa inprimis usurpatur, ubi singulare aliquod factum vel res aliqua profertur, quae ex legibus naturae fieri debet vel quotidie fit et certis spatiis interjectis repetitur. Eventus igitur his locis ex ipsius rei prolatae natura exigitur. Il. *K* 707. *αὐτὰρ ἐπεί κε φανῇ καλὴ ἠώς, πρὸ νεῶν ἐχέμεν λαόν.* *Λ* 455. *Η* 410. *Σ* 121. *Ψ* 10. *Δ* 229. *Ι* 702. *Σ* 115. *Χ* 365. *Ι* 100. *Δ* 190 *Ι* 500. *Σ* 270. *Τ* 72. ib. 110. 167. 228. *Υ* 307. 454. *Φ* 127. ib. 484. *Ψ* 244. 247. *Α* 527. *Β* 361. 227. *Θ* 477. (cfr. *Ξ* 301 sq.) Item ib. 482. *Τ* 32 157. *Α* 90. *Χ* 487. 509. *Α*. 166. *Ψ* 75. *Δ* 97. *Α* 128. *Ξ* 503. *Ω* 154. ib. 183. 717. *Η* 30. *Ι* 45. *Λ* 191. ib. 206. 666. *Μ* 150. *Κ* 325. *Χ* 387. *Φ* 558. *Κ* 106. *Ι* 358. *Λ* 764. *Η* 243. *Σ* 180. *Υ* 172. *Ω* 92. *Ι* 393. *Ρ* 454. *Ι* 609 *Υ* 316. *Φ* 375. *Μ* 369. *Ν* 753. *Κ* 62. *Γ* 291.

Potest etiam hic usus observari in comparationibus ubi res proferuntur, quae aut homerica aetate persaepe vel quotidie fiebant vel certis quibusdam temporis intervallis et legibus repetebantur, aut omnino propter rei ipsius naturam certis quibusdam temporibus evenire debent. Il. *Β* 397. *Κ* 5. *Λ* 269. *Μ* 41. *Ο* 80. ib. 170. *Ρ* 520. *Τ* 375. *Υ* 167. *Ω* 480.

Saepe etiam Conjunctivus cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjunctus adhibetur, ubi loquens persuasissimum sibi habet, quod dicat factum iri, atque etiam re vera paullo post fit. Attamen cum quadam modestia audienti adhuc dijudicandum proponit, utrum futurum sit necne, quam ob rem orationi suae verba illa *αἴ κ' ἐθέλῃσθα, αἴ κε πίθηαι* adnectit. *Α* 207. *Ζ* 260. *Θ* 142. ib. 471. *Ι* 255. 359. *Ν* 829. ib. 260. *Σ* 278. *Φ* 293. *Σ* 143. *Η* 394. *Α* 66. *Ε* 279. *Σ* 213. *Υ* 436.

Odysseae haec exstant exempla: *δ* 475. *λ* 17. 218. *ϑ* 445. *τ* 410. *α* 40. *λ* 107. *υ* 84. *ν* 394. *β* 357. *γ* 238. *ε* 363. *ζ* 297. *ϑ* 511. 553. *λ* 192. *ξ* 130. *ο* 337. *τ* 206. 515. *δ* 412. *ζ* 262. *λ* 220. *ρ* 22. *σ* 150. *α* 192. *σ* 194. *ζ* 202. *β* 43. 128. *δ* 29. *η* 33. *κ* 539.

74. 328. λ 135. ψ 281. λ 434. ν 400. κ 22. ι 356. ξ 126. ο 70. 345. ρ 11. 19. 559. 385. τ 27. υ 295. φ 313. 280. 345. χ 66. ω 29. β 25. γ 355. ϑ 32. λ 113. ξ 140. σ 318. Hoc loco cum conjunctione ἤν etiam κέ particulam conjunctam videmus, quod duo tantum poetae epici imitati sunt, Apollonius Rhodius Γ 404, et Quintus Smyrnaeus 12, 225. Od. φ 213 (cfr. ν 393 sq.). ib. 260. 294. μ 287. α 279. β 132. ι 520. λ 349. ρ 549. υ 233. φ 348. χ 167. ω 511. δ 34. β 360. γ 83. ε 417. χ 7. ω 216. δ 494. χ 254. μ 55. χ 66. ib. 72. α 250. ε 143. γ 353. η 319. ν 101. δ 391. ψ 358. ϑ 554. ν 59. β 99. τ 144. Comparationum habes haec exempla: ε 394. κ 216. χ 468. ψ 233. In hymnis Hom. haec habes exempla: in Ap. 75. 149. 235. 391. 458. 536. ad Merc. 91. 286. 181. in Ven. 256. 269. in Cer. 115. in Cor. 7. in Ap. 56. Hesiodi carminum denique haec reperiuntur exempla: Theog. 773. ib. 799. 232. 430. 439. 973. Op. 258. 323. 339. 564. 209. 220. 268. 291. 401. 766. 571.

Cognovimus igitur omnes eos locos, quos adhuc attulimus, ad singulare aliquod factum, et id quidem, quod pro certo fere exspectetur, restrictos esse. Ipse enim qui judicat, ex multitudine rerum, quae evenire possint, sibi sumit singularem aliquam rem, quam eventuram futuri temporis momento aliquo colligit, atque hoc judicium ex ipsis rebus conceptum aut mere tradit, aut suadet vel dissuadet alterum adducturus, ut id quod dicat faciat. Itaque Baeumleinio assentiri non possum, qui in enuntiationibus conditionalibus, temporalibus, relativis nudum conjunctivum eodem jure esse atque conjunctivum adjecta ἄν particula contendit et particulas ἄν vel κέ non tantum ad singulare aliquod factum referri, sed etiam ad genera rerum, vid. l. all. p. 212. 216 sq. 219. 224. Immo potius ubique ἄν particula sententiam a genere ad singulas generis species revocat, id quod ex parte quidem etiam Baeumleinius de enuntiatis conditionalibus haec disserens concedit p. 221 „Obwohl nun der Unterschied zwischen der Voraussetzung des Eintretens einer Gattung von Fällen und eines einzelnen Falles unwesentlich ist und die Bedeutung dieser Construktion nicht ändert, obwohl sich in manchen Fällen ein solcher Unterschied gar nicht durchführen lässt, so ist es doch bemerkenswerth, dass Homer αἴ

κεν, εἴ κεν und ἐάν mit Conj. nur bei der Voraussetzung der Verwirklichung einzelner Fälle, nicht aber bei allgemeinen Annahmen zu gebrauchen scheint.“ Nudus conjunctivus apud antiquissimos quidem poetas in amplioribus generis finibus versatur, conjunctivus cum ἄν vel κέ partt. conjunctus vero ad angustiorem speciei notionem restrictus est, quod discrimen postea, ubi de conjunctivo simplici sermo erit, accuratius intellegetur. Quae tamen quam vera disputata sint, inprimis ex enuntiationibus relativis supra p. 5 allatis cognosci potest, ubi particula ἄν vel κέ conjunctivo adjecta nullam aliam vim habere videtur, quam ut singulas species, quae genere aliquo continentur, inter se distineat. Apparet vero, loquentem cum singulas species, quae genere aliquo comprendantur, proferat, majorem efficere narrationis perspicuitatem, quam si totum genus rerum enarret; quae narrationis perspicuitas summa est proprietas ac virtus poetae epici objective narrantis. Confer mihi etiam haec exempla: *Z* 227. ib. 228 sq. *Θ* 34. ib. 353. ib. 430. 465. *I* 312. *O* 495. *Π* 620 χαλεπόν σε πάντων ἀνθρώπων σβέσσαι μένος, ὅς κε σεῦ ἄντα ἔλθῃ ἀμυνόμενος. Porro autem nostra de ἄν particula sententia etiam eo firmatur, quod Homerus, ubicunque pronomen τίς usurpat, quo in singulari generis alicujus specie contemplanda praebentur, quae de ipso genere valent, ἄν vel κέ particulas pronomini illi adjecit in omnibus enuntiatis et relativis et conditionalibus et temporalibus, quibus aliquid profertur, quod futuri temporis momento aliquo incerto eventurum certe exspectetur. Il. *I* 500 καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι παρατρωπῶσ᾽ ἄνθρωποι λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ, ib. 100. *K* 130. *T* 260. *H* 39. *X* 67. Odyss. τ 567. ν 180. γ 355. ϑ 32. λ 147. ι 502. ο 312. α 281. φ 237. μ 299. υ 83. Hymn. ad Apoll. 166. ad Ven. 281. Hes. Theog. 231. Op. 258. 280.

At quattuor loci Iliadis et Odysseae ab hoc usu recedere videntur Od. π 72. φ 133. Il. *T* 183. *Ω* 369, qui omnes eadem verba ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ continent. Accuratius tamen aspicienti mox apparebit, minime eos regulae nostrae refragari, quia prorsus universalem comprendunt sententiam et testimonio Schol. V. ad *Ω* 369 in proverbium abierunt.

Iam loci nonnulli, qui de regulis modo propositis declinant, notandi sunt. In Batr. 155 sq. hos versus legimus:

ἡνίκα δ' ὁρμηθέντες ἐφ' ἡμέας ἐξέλθωσι,
δραξάμενοι κορύθων, ὅστις σχεδὸν ἀντίος ἔλθῃ,
ἐς λίμνην αὐτοὺς σὺν ἐκείναις εὐθὺ βάλωμεν.

Mures adversus ranas sese esse profecturos per praeconem nuntiaverant, cfr. v. 139 sq. Praeterea praeceptum, quod Physignathus ranis dat, prorsus absurdum esset, nisi ex rerum statu colligere potuisset, mures in pugnam esse prodituros. Itaque non simplicem conjunctivum, sed potius conjunctivum cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjunctum exspectaremus. At hoc exemplum posteriori aetati saepius imitandi occasionem praebuit. Hes. Theog. 28 *ἴδμεν δ' εὖτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι*, quae constructio plane ab usu Homerico abhorret. Dilucide in hoc exemplo hae duae res inter se contrariae opponuntur: Si volumus, inquiunt Musae, vera dicere possumus. Si non, permulta falsa veri simillima dicimus (cfr. v. 27). Itaque ex usu antiquissimi poetae *αἴ κ' ἐθέλωμεν* vel *ἤν ἐθέλωμεν* exspectaremus. Hoc loco primum conjunctionem *εὖτε* cum simplici conjunctivo consociatam videmus, id quod apud posteriores epicos saepius fit. Op. *ἠμὲν ὅτ' εὐνάζῃ καὶ ὅτ' ἂν φάος ἱερὸν ἔλθῃ*, quo cum versu confer mihi Odys. l. 17 *ἠέλιος, ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν, οὔθ' ὅτ' ἂν ἄψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται.* ib. 721. cfr. v. 719 et 720. Eadem est ratio loci ib. 709 sq.

Ad finem jam perducta quaestione, quae modo disputata sunt, comprendamus. Conjunctivus igitur cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjunctus adhibetur, ubi loquens e praesenti rerum statu singulare aliquod factum necessario eventurum esse colligere potest. Ex sententia enim, quam perpensis omnibus rationibus de caussarum cohaerentia cepit, hoc unum, quod sumat, necessario factum iri judicat. Ita factum est, ut saepe judicium disjunctivum locum habeat, quia loquens adhuc dubitat, utrum hoc an contrarium eventurum esse sibi statuendum sit. Saepissime tamen alteram tantum rem judicatam, quam eventuram aut ex caussarum cohaerentia aut ex ipsius rei natura verisimilius arbitratur, profert, quamquam ubique contrarium subau-

diendum est, quod necessario fiet, si illa non evenerit. Itaque haec dijudicandi forma potissimum adhibetur in dandis praeceptis atque in iis rebus commemorandis, quarum propter naturam eventus certis quibusdam temporibus exigatur. Proinde si vis et significatio particularum ἄν vel κέ cum conjunctivo conjunctarum explicanda nobis est, referunt eae ad loquentis judicium rem aliquam singularem, quae momento aliquo futuri temporis adhuc incerto necessario eventura e rerum statu colligenda est. Particulis igitur omissis, non jam necessitas illa eveniendi inest conjunctivo, sed tantum potestas vel probabilitas; nec jam enuntiationes eae, quae nudum exhibent conjunctivum, restringuntur ad singulare aliquod factum, quod eventurum certe exspectetur, immo genus quoddam rerum vel summam aequalium actionum continent, quarum singulae omnibus temporibus interdum accidere intellegantur. Atque ita antiquissimum quidem Homeri usum respiciens, a Reisigio [1]) et Baeumleinio [2]) stare non possum, quorum uterque inter conjunctivum simplicem et conjunctivum cum ἄν vel κέ partt. consociatum nullum intercessisse discrimen et utramque loquendi rationem in iisdem sententiis promiscue usurpatam esse declarat, ita ut loquens modo adjicere particulam conjunctivo, modo omittere ex arbitrio potuerit. Quos melius refutare non possum quam verbis Thierschii, quae ille in Act. Mon. Epim. contra Hermannum scripsit: „Aut igitur particula aut modo carere lingua potuisset; sin vero

---

[1]) P. 102: „Quoniam conjunctivus potestatem alicujus rei objectivam declarat, quae sine caussarum conjunctione ne cogitari quidem possit, ideo conveniens est visum loquentibus aequalem particulam aequali conjunctivo modo admiscere, quia paria paribus facillime sociantur: nec tamen nunquam omittere, quia conjunctivus satis sua vi aliquid fieri posse ex rei natura ductum demonstrat."

[2]) P. 243: „Geht aus diesen Zusammenstellungen, und gewiss um so klarer, je sorgfältiger und unbefangener man den Sinn der Stellen erwägt, hervor, dass in Bedingungs- und Zeitbestimmungs-, ebenso wie in Relativsätzen der Construction mit blossem Conj. die mit κέν oder ἄν durchaus zur Seite steht, in der gleichen Form des Gedankens bald die eine, bald die andere gebraucht wird, so werden wir alles Recht haben, den Unterschied zwischen beiderlei Constructionen als einen fingirten, in der Sprache nicht begründeten zu betrachten etc."

utroque rem eandem indicare voluit, manifestum, particulam modi aut modum particulae finibus esse inclusum, nec posse alterutrum usurpari, nisi ubi et alteri locus.“ Et re vera haud est credendum, antiquissima illa Homeri aetate conjunctivum simplicem plane idem significasse, quod conjunctivus cum ἄν vel κέ partt. conjunctus, etiamsi negari non potest, posteriore aetate discrimen illud paullatim evanuisse. Homero quidem et antiquissimis poetis epicis, apud quos vetustissimae linguae atque genuinae loquendi rationis monumenta exstant, discrimen aliquod definitum statuendum esse arbitramur, quod perpensis singulis locis modo apparebit.

## De Conjunctivo simplici.

Enuntiationes eas, quae nudum exhibeant conjunctivum, genus quoddam rerum vel summam aequalium actionum complecti, quarum singulae quando eveniant plane in incerto relinquatur, quae tamen experientia comprobatae omnibus temporibus interdum evenire posse intellegantur, modo ostendimus. Quod igitur conjunctivus adjecta particula ἄν vel κέ ad angustiorem speciei generis alicujus notionem refert, id conjunctivus omissa particula amplioribus ipsius generis finibus circumscribit. Itaque plerumque sententiae universales conjunctivo simplici proferuntur, quae res non certo quodam ordine redeuntes, sed tantum temporis perpetuitate aliquoties repetitas comprendant et quae, cum praeteriti temporis experientia comprobatum sit, quod eveniunt, etiam procedente tempore aliquando fieri possint. Jam vero ut appareat, quae modo in universum disseruimus, ad singulos locos percensendos accedamus.

Ac primum quidem exhibent conjunctivum omissa particula ἄν vel κέ sententiae universales vel eae enuntiationes, quibus aliquid profertur, quod omnibus temporibus aliquando accidat vel incertis spatiis interjectis repetatur.

Il *O* 207 ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ. *T* 334. *X* 74. *Φ* 198. 323. *Δ* 259. *A* 163. *N* 271. *O* 359. *Π* 53. 245. *P* 98. *T* 200. *Φ* 112. *B* 292. *Γ* 109. 287. 460. *E* 407. *I* 117. *N* 235. *Ξ* 81. *T* 265. *Y* 363. *N* 229. *A* 81. *Δ* 261. *K* 225. *T* 162.

Earundem enuntiationum, quibus aliquid proponitur, quod interdum fit vel quovis tempore, quia jam saepe accidit, repeti potest, quod tamen ex rerum statu, qualis est eo ipso tempore, quo loquens versatur, haud necessario eventurum colligendum est, haec exstant exempla in Odyssea: ζ 182. φ 132. η 71. δ 649. ξ 170. τ 168. π 267. ψ 257. η 201. ε 477. η 74. ϑ 209. ib. 546. μ 40. ib. 66. ν 214. ξ 65. ib. 85. 105. ο 400. π 228. σ 136 ib. 275. 335. τ 265. 329. 411. ω 286. η 204. μ 95. α 166. ξ 373. π 98. ib. 116.

In hymnis Homericis nullum reperitur hujus generis exemplum. Hesiodi carminum haec habes: Theog. 96. ib. 81. 431. 435. 765. 782. 876. Op. 295. ib. 327. 665. 240.

Porro conjunctivus simplex usurpatur in comparationibus rem aliquam proferentibus, quae non soleat fieri vel certo quodam ordine repetatur, tamen aliquando evenire vel incertis spatiis interjectis repeti possit. Complectuntur vero comparationes eae summam quandam aequalium rerum sive actionum, quarum singulae quando eveniant prorsus ratio non habetur. Il. *B* 147. ib. 782. *Δ* 141. *B* 474. *E* 161. ib. 597. *Z* 506. *I* 322. *K* 360. *Λ* 155. 292. 305. 324. 414. *M* 167. ib. 278. *N* 198. 334. 558. *Ξ* 16. 414. *O* 323. 263. 605. 624. *Π* 212 297. 428. 641. *P* 61. 389. 547. ib. 742. *Σ* 207. *Y* 495. *Φ* 257. 346. 522. *X* 93. 162. 189. — Odyss. δ 355. ε 328. ib. 368. ϑ 523. ι 391. ν 31. ρ 126. ib. 518. τ 518. υ 25. χ 302. — Hymn. ad Merc. 43. — Hes. Sc. Herc. 42. ib. 374. ib. 437. Semel in comparatione apud Homerum exstat optativus Od. ι 383 *ἐγὼ δ' ἐφύπερϑεν ἀερϑεὶς δίνεον, ὡς ὅτε τις τρυπῷ δόρυ νήιον ἀνὴρ τρυπάνῳ.* Comparationes omnes apud Homerum prorsus objectivam narrationis naturam prae se ferunt. Poeta, postquam quae inter duas res intercedat similitudo judicio suo cognovit, narrat res, quasi ipse eas fieri vidisset, et legenti vel audienti praebet ad comparandum. Et propter hanc magis objectivam comparationis rationem adhibetur conjunctivus. Hic vero locus, ubi poeta comparationem tantum a se excogitatam profert neque res illas inter se similes legenti comparandas proponit objective narrando, ab usu Homeri recedere videtur. Attamen animadvertendum est, poetam hoc loco non ipsum comparationem proferre, sed Ulixem apud Phaeaces versantem.

Deinde etiam enuntiationes eae vel temporales, vel caussales vel relativae, quae in comparationem insertae dilatandae quasi exornandaeque imagini inserviunt, nudo conjunctivo proferuntur. Il. *B* 395 *ὡς ὅτε κῦμα ἀκτῇ ἐφ' ὑψηλῇ, ὅτε κινήσῃ Νότος.* ib. 782. *M* 286. *Π* 365. ib. 384. *E* 91. ib. 499. *O* 381. *T* 60. *M* 423. *Π* 590. *X* 22 *ὥς θ' ἵππος, ὅς ῥά τε ῥεῖα θέῃσι,* *Ψ* 517. *Δ* 482. *E* 6. ib. 136. *K* 184. *M* 48. 300. 423. *N* 63. 138. 179. 234. *O* 82. 411. 580. 680. *Π* 260. 387. 590. *P* 110. 134. 434. 726. *Σ* 319. *Φ* 283. 347. *Ψ* 761. *N* 141. *Δ* 48. *Φ* 573. *X* 189. *K* 224. *Ψ* 324. *Δ* 477. *O* 362. *Π* 263 — Odyss. *δ* 356. *ε* 395. *ϑ* 523. *ν* 31. *π* 17. *ρ* 518. *ψ* 234. *ϑ* 44.

Porro conjunctivus simplex adhibetur in enuntiationibus iis, quae cum vocabulo aliquo praegresso artissime cohaerent, cui illustrando exornandoque tantum elliptice adjectae sunt. Nullam aliam igitur habent vim, quam ut notionem antecedentis verbi alicujus amplius describant reddantque planiorem, qua re major efficitur perspicuitas narrationis, id quod potissimum spectat epicus poeta. Il. *N* 270 *μετὰ πρώτοισι μάχην ἀνὰ κυδιάνειραν ἵσταμαι, ὁππότε νεῖκος ὀρώρηται πολέμοιο.* *T* 200 *ἄλλοτέ περ καὶ μᾶλλον ὀφέλλετε ταῦτα πένεσθαι, ὁππότε τις μεταπαυσωλὴ πολέμοιο γένηται καὶ μένος οὐ τόσον ᾖσιν ἐνὶ στήθεσσιν· νῦν δὲ* etc. *T* 337. *Ξ* 522. *Δ* 259. *Φ* 323. 199. *Γ* 286. ib. 460. *A* 543. *B* 292. *Y* 363. *X* 73. — Odyss. *π* 267. *ρ* 520. *ψ* 257. *η* 201. 72. *α* 415. ib. 351. *κ* 39. *μ* 40. ib. 66. *ξ* 106. *ο* 401. *π* 228. *σ* 136. 276. 335. *ψ* 119. Hes. Op. 240.

Denique nudus conjunctivus in enuntiationibus secundariis aliquoties eandem habet vim et significationem, quae ei est in enuntiatis liberis usitatissima, dico vim adhortandi vel provocandi. Loquens enim sumit rem aliquam, quam eventuram sibi ipsi non persuasit neque ex rerum statu, in quo versatur, colligere potest, attamen pro ea ponit, quae evenire potest et provocat quodammodo eventum, quo id quod dicat factum iri appareat. *A* 340 *τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων.., εἴ ποτε δ' αὖτε χρειὼ ἐμεῖο γένηται ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι τοῖς ἄλλοις* i. e. *γένηταί ποτε χρειὼ ἐμεῖο, μάρτυροι ἔστων.* *E* 257. *M* 223. 238. 245. *X* 86. — Odyss. *σ* 134. *ρ* 470. *ξ* 139. *α* 203. cfr. *π* 89. *ε* 221. *μ* 348. In hymnis Hom. nullum reperitur exemplum. In Hesiodi carminibus haec ha-

bemus: Theog. 98. Op. 321. Jam absoluta hac quaestione ad eos locos tractandos accedamus, in quibus regnat

## Optativus simplex.

Cognovimus igitur, conjunctivum judicium efficere loquentis ex ipsis rebus ductum, sive ex rerum statu, qualis est, rem aliquam singularem necessario eventuram esse colligit, sive id, quod praeterito tempore jam saepe acciderit, etiam procedente tempore infinito repeti posse judicat. Cfr. Matthiae Gr. Gr. § 512. Conjunctivo igitur et objectiva et subjectiva adhaeret natura. Optativo tamen mera sumptio subjectiva remanet, nulla omnino ratione habita rerum, quae vere fiunt. Cfr. Baeumlein l. all. p. 41. Itaque primum quidem simplex optativus rem aliquam mera loquentis aut alius cujusdam cogitatione conceptam enuntiat, atque eo quidem consilio conceptam, ut alius rei causa ex ea repetatur. Il. *Α* 255 *ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες.., εἰ σφῶιν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιιν.* *Ζ* 284 *εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι κατελθόντ' Ἄιδος εἴσω, φαίην κε φρέν' ὀιζύος ἐκλελαθέσθαι.* *Η* 28. 129. *Θ* 21. *Ι* 318. *Κ* 222. *Λ* 135. ib. 386. *Ν* 276. *Ξ* 208. ib. 333. *Ο* 49. *Π* 623. *Ρ* 102. *Ω* 653. *Υ* 100. *Δ* 17. *Κ* 206. *Ρ* 156. 160. 561. *Χ* 20. *Ψ* 274. *Ζ* 330. *Δ* 539. *Ψ* 494. *Ι* 125. 267. *Ν* 344. *Ρ* 8. *Σ* 508. *Ε* 301. *Ζ* 57. — Odysseae hi loci sunt: *α* 163. ib. 414. *η* 52. *ϑ* 139. *χ* 13. *ρ* 539. *δ* 388. *β* 255. *ε* 178. *ι* 277. *ξ* 131. *γ* 228. *δ* 224. *ε* 206. *ϑ* 217. *ι* 456. *λ* 356. 501. *ν* 292. *ξ* 132. *ο* 435. *π* 105. *σ* 224. 254. 357. 375. 384. *υ* 42. 327. *φ* 195. *β* 62. *γ* 223. *ε* 178. *ι* 277. *κ* 342. *ρ* 496. *ζ* 286. *δ* 222. *ν* 291. *β* 336. *π* 386. *ο* 317. *λ* 361. *ε* 189. *λ* 375. *ν* 391. In hymnis haec reperiuntur exempla: ad Apoll. 79. ib. 45. 267. ad Merc. 519. 565. (ad Merc. XVIII, 6.) ad Cer. ib. 221. Batrach. 195. Hesiodi carminum hi sunt loci: Op. 348. ib. 473. 344.

Deinde optativus simplex usurpatur in iis enuntiationibus, quae per se nullius sunt momenti, sed artissime cohaerent cum praegresso enuntiato, cujus singularem aliquam vocem amplius describunt; ita ut altera illa enuntiatio quodammodo tantum amplificata notio substantivi vel adjectivi vel adverbii, quod inest in enuntiatio procedente, appareat. Cum igitur ipsa prae-

gressa enuntiatio, ex qua altera illa pendet, de re aliqua mere cogitata agit atque optativum, et plerumque quidem optantis, exhibet, consentaneum est etiam hanc eundem modum sibi sumere. Nam si quis vota facit, omnino rerum, quae vere fiunt, rationem non habet; itaque ea, quae ad vota illa artius adstringantur, et ipsa mera cogitatione enata atque a veritate prorsus remota intellegenda sunt. cfr. Bäumlein l. all. p. 283. Il. *P* 640 *εἴη δ᾽ ὅς τις ἑταῖρος ἀπαγγείλειε τάχιστα Πηλείδῃ.* *Υ* 147 *ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέαιτο, ὁππότε μιν σεύαιτο ἀπ᾽ ἠιόνος πεδίονδε.* *Z* 521. *M* 228. *N* 321. *Ξ* 107. *N* 117. *Ξ* 91. *M* 334. *K* 19. *Γ* 299. *Σ* 464. *Φ* 429. Odysseae hi sunt loci: *μ* 106. ib. 113. *φ* 116. *ι* 333. *σ* 147. *α* 47. *κ* 383. *λ* 490. *χ* 138. *α* 229. *ϑ* 240. *ο* 360. *σ* 142. *α* 403. *ζ* 114. ib. 415. — Hymn. ad Apoll. 151.

Porro nudus optativus saepe usurpatur de genere quodam rerum praeteritarum, quas loquens mera sua cogitatione comprendit. Cfr. Baeumlein l. all. p. 286: „Und so sollte denn eigentlich auch die Regel bestimmt werden, dass eine Gattung von vergangenen Handlungen und Fällen im Zeitbestimmungs-, Relativ- und Bedingungssatze mit dem Optativ ausgedrückt werde“ et ibidem: „Darum also, weil in den Fällen, wo man den Optativ als Bezeichnung einer wiederholten Handlung betrachtet, in Wahrheit eine Gattung von Handlungen angegeben wird, und weil die Gattung, von den Individualitäten abstrahirt, als Abstraktum, als etwas rein Gedachtes, rein Subjektives aufgefasst wird, gebraucht die griechische Sprache hier den Optativ, und zwar im negativen Satze mit *μή*.“ Repetitionis notionem in hoc optativo per se non inesse jam Hermannus demonstravit Vig. p. 907 sq. et de part. *ἄν* p. 141. cfr. Baeumlein p. 277 sq. 285 sq. Attamen quia enuntiatione primaria multitudo quaedam aequalium rerum profertur, quae praeterito tempore factae sunt, infinita haec repetitionis notio ad secundariam enuntiationem transit, ita ut haec ipsa repetitionem quandam rei praeteritae significare videatur. Itaque semper fere enuntiatio primaria verbum iterativum vel vocem aliquam notione crebrae repetitionis praeditam continet, ad quam secundaria enuntiatio referenda est. Interdum etiam aoristus ille saepius in comparationibus usurpatus locum habet in protasi,

quippe quo non solum vere facta memorentur, sed ea etiam, quae tamquam vere facta proponuntur quaeque vel possunt fieri vel solent. Cfr. Herman. opuscc. II. p. 42. Il. *Γ* 233 *πολλάκι μιν ξείνισσεν ἀρηίφιλος Μενέλαος οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ, ὁπότε Κρήτηθεν ἵκοιτο.* *K* 189 *πεδίονδε γὰρ αἰεὶ τετράφαθ', ὁππότ' ἐπὶ Τρώων ἀίοιεν ἰόντων.* *N* 710. *O* 284. *Σ* 544. *T* 316. *B* 794. *H* 415. *I* 191. *Σ* 524. *Δ* 334. *Ω* 14. *K* 489. ib. 491. *Ψ* 749. *Δ* 232. ib. 240. *O* 22. *M* 268. ib. 427. *O* 781. *Α* 609. *K* 11 sq. *Δ* 263. *Θ* 189. *I* 525. *T* 132. *Γ* 216. *Υ* 228. *X* 502. *P* 732. *I* 487. *K* 78. *P* 463. *Σ* 566. *Υ* 226. Odysseae hi sunt loci: *γ* 282. *λ* 591. *μ* 380. *ν* 22. *ξ* 217. *υ* 385. *ι* 94. *λ* 289. *μ* 331. *ρ* 316. ib. 420. *τ* 77. *χ* 315. *ψ* 66. *ρ* 421. *ι* 420. 554. *λ* 229. *ο* 170. *δ* 191. *ϑ* 220. *ι* 208. *λ* 510. ib. 513. *π* 141. *τ* 49. 371. *υ* 138. *ϑ* 87. 90. *η* 138. *λ* 596. *μ* 237. ib. 240. *σ* 7. *ϑ* 70. *ξ* 522. – Hymn. ad Apoll. 356. in Ven. 38. hym. XVIII. ad Merc. 6. *ἔνθα Κρονίων νύμφῃ μισγέσκετο νυκτὸς ἀμολγῷ, εὖτε κατὰ γλυκὺς ὕπνος ἔχοι λευκώλενον Ἥρην.* Particula *εὖτε* cum optativo consotiata in Iliade et Odyssea non reperitur. Hes. Scut. 164. ib. 252. 149.

Porro optativus simplex locum habet in iis rebus sumendis, quas, etiamsi loquens non arbitretur fieri non posse, tamen propter ipsarum naturam haud facile eventuras exspectet vel omnino a rerum ordine alienas putet. Frequentissimus vero hic usus optativi in enuntiatis conditionalibus est atque in iis quidem, quae *καθ' ὑπερβολήν* dicuntur. Il. *Δ* 347 *νῦν δὲ φίλως χ' ὁρόῳτε καὶ εἰ δέκα πύργοι Ἀχαιῶν ὑμείων προπάροιθε μαχοίατο.* *B* 488. *Δ* 34 *I* 385. ib. 379. 388. *M* 322. *P* 399. *Z* 57. *T* 322. *Θ* 21. *N* 317. *Ξ* 247. *E* 215. Odysseae haec sunt exempla: *γ* 115. ib. 227. *δ* 223. *ϑ* 216. *μ* 77. ib. 88. *γ* 116. *ξ* 56. *π* 102. ib. 148. *υ* 49. *χ* 61. *ι* 456. *λ* 356. *ν* 292. *π* 103. *ε* 178. *κ* 343. *π* 196. *ψ* 184. *ρ* 495. *σ* 357. In hymnis Homericis atque Hesiodi carminibus nullum ejusmodi exemplum reperitur.

Denique nudus optativus usurpatur in iis rebus proferendis, quas vere non esse ipse rerum status contrarium continens ostendit. Etiam haec forma in solis fere enuntiatis conditionalibus locum habet solique Homero est propria, cum posterioris aetatis scriptores omnes memoranda in re non facta, quae tamen facta esset, si qua alia esset facta, in protasi

praeteritum tempus cum *εἰ* particula, in apodosi cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjunctum adhibeant. Il. *M* 322 *εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντε αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω ἔσσεσθ', οὔτε κεν μαχοίμην*. *N* 485. *I* 515. *Π* 72. *P* 156. *Π* 746. *Ψ* 274. Odysseae hi sunt loci: *β* 62. *ε* 206. *λ* 501. *π* 148. *ρ* 313. 407. *σ* 254. *β* 42.

Jam unus locus Il. *Ψ* 894 certa emendatione sanandus videtur, id quod aspiciens quivis ex iis, quae adhuc disseruimus, docetur:

*ἔρχευ, ἀτὰρ δόρυ Μηριόνῃ ἥρωι πόρωμεν,*
*εἰ σύ γε σῷ θυμῷ ἐθέλοις* (scr. *ἐθέλεις*) *κέλομαι γὰρ ἔγωγε.*

Perventum est ad eos locos pertractandos, in quibus

## Optativus cum partt. conjunctus

reperitur. Liceat ea, quae supra de vi atque significatione optativi simplicis et particularum *ἄν* vel *κέ* diximus, paucis comprendere. Optativo simplici res profertur mera loquentis cogitatione enata, nulla omnino ratione habita rerum, quae vere fiunt. Particulae *ἄν* vero ea est vis, ut loquentis judicium ad rem quandam singularem restringat, quam eventuram certe exspectet. Quae igitur sit ratio optativi adjecta particula *ἄν* vel *κέ*, facile intellegitur. Hac locutione qui utitur, rem aliquam singularem proponit mera sua cogitatione enatam, quam ex libero arbitrio suo eventuram esse se credere profiteatur. Praeclarissime hoc de usu optativi cum *ἄν* vel *κέ* partt. consociati praecepit Baeumleinius l. all. p. 290, cujus verba liceat hoc loco afferre: „Hatten wir den Optativ als Ausdruck des Subjektiven, also auch des rein Gedachten, aufgefasst, den Partikeln *κέν* und *ἄν* die Bestimmung zugewiesen, etwas als wirklich zu setzen, so ergiebt sich aus der Verbindung beider Elemente nothwendig, dass dadurch das an sich Subjektive rein Gedachte auch als wirklich gesetzt werde," atque ibid. p. 85 „*ἄν* mit dem Optativ bezeichnet die Setzung, dass ein Subjektives wirklich sei," cfr. ib. p. 288. 312. 313. 334—337. Vide porro id, quod idem p. 301 sq. contra Hermannum disputavit, qui Vig. p. 819 sq. (cfr. Thiersch Gr. Gr. §. 321, 10 c. Krüger Gr. Gr.

I, 2. §. 54, 6, qui idem sentiunt) sententiam optativo cum partt. conjuncto prolatam ubique conditione supplenda explicandam esse censebat. Immo optativus adjecta particula ἄν vel κέ in enuntiatis secundariis plane idem significat, quod notat in liberis enuntiatis. Retinet subjectivam naturam; neque tamen id, quod proponitur, prorsus a veritate recedit, cum ipse is qui loquitur ex libero suo arbitrio persuasum sibi habet vel sperat esse eventurum. Itaque optativus cum partt. consociatus medium quendam locum inter conjunctivum atque optativum simplicem obtinet. Quomodo vero in enuntiationes secundarias transire potuerit quaeque ejus sit vis in iis, apertum est ex loco, qui exstat in Iliade *Δ* 94

*τλαίης κεν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν,*
*πᾶσι δέκε Τρώεσσι χάριν καὶ κῦδος ἄροιο.*

Has duas enuntiationes si alteram ex altera pendentem reddere atque in periodum temporalem vel causalem vel relativam transferre volueris, haud dubie habebis: *ὅτε τλαίης κεν, ἄροιό κε* vel *εἰ τλαίης κεν, ἄροιό κε* vel *ὅς τλαίη κεν, ἄροιτό κε.* Itaque recte judicat Baeumleinius l. all. p. 293: „Der Optativ mit *ἄν* wird gebraucht, um in milderer Weise die Erwartung auszudrücken, dass etwas geschehen werde." Subest ei ubique in enuntiatis pendentibus eadem sententia, quae si libera ac soluta ab altera conditionem ejus continente proponeretur, eadem ratione proferenda esset. Jam haec vere disputata esse apparebit ex singulis locis afferendis. Il. *Ι* 304 *νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπεὶ ἂν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθοι λύσσαν ἔχων ὀλοήν* i. e. *Ἕκτωρ ἔλθοι ἂν σχεδόν καὶ σὺ ἕλοις κεν. Ι* 524 *οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν ἡρώων, ὅτε κέν τιν' ἐπιζάφελος χόλος ἵκοι. δωρητοί τε πέλοντο παράρρητοί τ' ἐπέεσσιν. Χ* 220 *οὔ οἱ νῦν ἔτι γ' ἔστι πεφυγμένον ἄμμε γενέσθαι, οὐδ' εἴ κεν μάλα πολλὰ πάθοι ἑκάεργος Ἀπόλλων. Α* 62. *Ε* 273. *Ζ* 49. *Η* 386. *Θ* 196. ib. 205. *Ι* 141. *Κ* 381. *Ν* 288. *Θ* 205. *Λ* 792. *Η* 341. *Κ* 165. ib. 170. *Ε* 192. 484. *Ξ* 96. 299. *Ο* 735. *Ω* 149. ib. 178. 744. *Π* 16. *Τ* 322 *οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι, οὐδ' εἴ κεν τοῦ πατρὸς ἀποφθιμένοιο πυθοίμην.* Vide Baeumleinium, qui de hoc loco egit p. 336 „Achill könnte *εἴ πε πύθωμαι* nur dann sagen, wenn er nun grade einer Nachricht

darüber entgegen sähe. Andrerseits wäre εἰ πυθοίμην zu subjektiv und aller Wirklichkeit fern, da doch nach 334 ff. die Möglichkeit, dass bald einmal eine solche Nachricht eintrifft, anzunehmen ist.“ Thierschius Act. Mon. Bd. p. + particulam κέ in iis tantum enuntiationibus conditionalibus usurpandam esse censuit, quae conjunctivum habeant, „quippe quae ab altera ita pendeant, ut conditionem indicent, qua istud, quod in ea continetur, fieri posse dicatur. Hoc si verum, Optativus, qui rem non aliunde pendentem, sed mente tantum et cogitatione conceptam indicat, ex hac structura seclusus, et loca, quae eum receperunt, vitiatae lectionis convicta sunt.“ Itaque viginti tribus locis, quibus optativus cum εἴ κε conjunctus reperitur, aut conjunctivum emendare, aut κέν particulam in μέν vel καί, et κέ in γέ mutare voluit. Cfr. Thiersch. Gr. Gr. §. 330, 5 b. Sed emendationi illi et codices et ipse sensus repugnat. Nam, ut exemplo utar, Il. *Z* 50 χαρίσαιτό κε πατὴρ ἄποινα, εἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτο et *K* 381, ubi eadem verba leguntur, κέν particulam in καί mutare atque enuntiationem conditionalem optativo simplici proferre vult. At profecto nullo modo Adrastus Menelao persuadere poterit, ut vitae suae parcat, si commodum inde esse huic eventurum prorsus incertum putaret. Immo dicet: fortasse pater me adhuc vivere comperiet, tum magno pretio me solvet.

Jam accedamus ad Odysseae locos denotandos: β 246. δ 64. ib. 76. ϑ 352. μ 345. ο 545. τ 589. η 314. ξ 119. α 253. β 30. δ 402. ib. 559. ε 16. ib. 141. 165. ϑ 279. ι 125. κ 433. λ 149. π 391. ϱ 145. ω 189. In hymnis Hom. haec reperiuntur exempla: ad Ap. 327. ad Cer. 327. ib. 443. 461. Hesiodi carminum hi sunt loci: Op. 434. ib. 361. 441. 692.

Interdum optativus cum partt. conjunctus in iis rebus memorandis adhibetur, quae per se prorsus incredibiles verique dissimillimae sunt; attamen a loquente pro iis ponuntur, quae fortasse fient vel evenire possunt, ut alius rei causa ex iis repetatur. Perpauca tantum exstant exempla hujus formae. Il. *B*. 123. *I* 445. *Ψ* 346. ib. 592. In Odyssea, in hymnis Homericis, in Hesiodi carminibus nulla reperiuntur exempla hujus generis.

Jam restant loci aliquot percensendi, qui a regula declinant. Od. *ω* 343 *ἔνθα δ' ἀνὰ σταφυλαὶ παντοῖαι ἔασιν, οππότε δὴ Διὸς ὧραι ἐπιβρίσειαν ὕπερθεν.* Exspectaremus potius conjunctivum cum *κέ* particula conjunctum, quippe quo res proferantur, quae futuri temporis perpetuitate certis ac definitis spatiis interjectis repetuntur. Vide Thiersch. Gr. Gr. §. 323, 6 b., qui de hoc loco egit: „Dieser Gebrauch, dem spätern Epos gemein, z. B. Opp. Cyneg. 2, 50. 79. 464, beim Homer in jenem zwar später als die andern geschriebenen, aber doch noch altem Gesange hervortretend, ist ein Beweis, wie früh die reine und genaue Redeweise des alten Epos ausartete." Porro aliquid offensionis habet optativus loci illius, qui legitur in Iliade *K* 222 *εἴ τίς μοι ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτο καὶ ἄλλος, μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται*, ubi aut indicativum aut optativum cum partt. conjunctum exspectaremus. Eadem est ratio loci, qui reperitur in Batr. 15 *εἰ γάρ σε γνοίην φίλον ἄξιον, ἐς δόμον ἄξω*, quocum confer mihi Od. *ρ* 549 *αἴ κ' αὐτὸν γνώω νημερτέα πάντ' ἐνέποντα, ἕσσω μιν χλαῖναν* atque ibid. 556 *εἰ δέ κέ σε γνώῃ νημερτέα πάντ' ἐνέποντα, ἕσσει σε χλαῖναν.* Denique duo loci memorandi sunt, ubi optativus positus est pro conjunctivo in oratione obliqua; quae constructio recentioris aetatis et apud Apollonium Rhodium quidem frequentior est, apud posteriores autem epicos poetas rarior invenitur. Cfr. Thiersch. Gr. Gr. §. 330, 4. ib. 5 c. §. 331, 4. Krüger Gr. Gr. §. 54, 12, 4, ubi disserit: „Wenn synthetische Perioden der Art (mit *ἐάν*, wo die Bedingung als objektiv möglich vorzustellen ist) von einem historischen Tempus abhängig werden, so kann statt *ἐάν* etc. mit dem Conjunktiv der Optativ mit *εἰ* eintreten," atque porro idem in libro suo, qui inscriptus est Poetisch-dialektische Syntax §. 54, 12, 3: „welche Sprechweise bei Homer nicht vorzukommen scheint." Quae vere disputata esse ut ostendamus, jam exempla aliquot afferamus. Il. *I* 427 *Φοῖνιξ δ' αὖθι παρ' ἄμμι μένων κατακοιμηθήτω, ὄφρα μοι ἐν νήεσσι φίλην ἐς πατρίδ' ἕπηται αὔριον, ἢν ἐθέλῃσιν*, quae verba repetit Ulixes ib. 691 *Φοῖνιξ κατελέξατο. ἀνώγει, ὄφρα οἱ ἐν νήεσσι ἐς πατρίδ ἕπηται, ἢν ἐθέλῃσιν.* Cfr. Il. *H* 375 et ib. 394. Od. *ρ* 549 et ib. 556. *ρ* 50 et ib. 59. Od. *λ* 127 et *ψ* 274. *Φ* 230 sq. *Ω* 175 sq. ib. 196.

Sed unus locus in Homeri carminibus reperitur, ubi Conjunctivus orationis obliquae causa in optativum transiit, atque is quidem in catalogo navium Il. *B* 597 *στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴ περ ἂν αὐταὶ μοῦσαι ἀείδοιεν.* Alterum exemplum exstat in Hesiodi Theogonia *v* 392 *εἶπε δ', ὃς ἂν μετὰ εἷο θεῶν Τιτῆσι μάχοιτο, μή τιν' ἀποῤῥαίσειν γεράων, τιμὴν δὲ ἕκαστον ἕξεμεν.*

Ad finem jam perducta hac quaestione de usu modorum apud antiquissimos poetas epicos, ad secundae classis poetas percensendos transeamus.

---

## II.

## De usu Conjunctivi et Optativi apud poetas a Callimacho usque ad Quintum Smyrnaeum.

Jam initio quaestionis nostrae in universum dicenda duximus, apud omnes secundae classis poetas inde a Callimacho usque ad Quintum Smyrnaeum Conjunctivum dominari videri, ut fere ubique praeferatur, ubi non optativus necessario postuletur. Quam ob causam formae illae optativi in *αις* et *αι* desinentes paullatim obsoleverunt, cum earum locus a conjunctivis in *ῃς* et *ῃ* exeuntibus occupatus sit; contra longiores illae in *-ειας*, *-ειε*, vel in *-ειη*, *-ειεν* desinentes optativi formae magis magisque in usum venerunt, quippe quae perfacile se metro accommodarent neque cum conjunctivis mutari possent. Ita factum est, ut saepe etiam adhiberentur, ubi ex vulgari canone conjunctivus necessario ponendus erat. Attamen cavendum est, ne ea, quae adhuc in universum disputata sunt, ad omnes secundariae classis epicos poetas referantur. Nimirum ex parte aliqua verbis illis Köchlyi fides habenda est, quae leguntur in praefatione Manethoniana Poett. bucc. et didactt. Bd. II. p. XX. „omnino autem Epici jam inde ab Alexandrinis tantum abest, ut iis finibus se continuerint, qui ex nostrorum grammaticorum doctrina a ceteris scriptoribus observati sunt, ut liberius in hoc campo vagati fere singuli vel hic vel illic aliquam in modis

ponendis proprietatem sibi adsumserint, quam tamen non tam tenebant data opera, sed potius sequebantur inscii. Ita tanta usque ad Nonni tempora varietas et vero turbatio exstitit, ut quum quemque poetam ejusque morem speculari et excutere debeas, perdifficile sit, ad parem similemve normam omnes revocare." Cum antiquissimi poetae in structuris syntacticis tantum logicam rationem sequerentur, recentiores non dubitabant, gliscentibus aetatibus magis magisque antiquae illius loquendi rationis fines propagare viasque aperire, quas nullo interdum priorum vestigio initas videas. Attamen omnes hos poetas in tres partes distribuendos esse censeo, ita ut prima pars Callimachum et Apollonium Rhodium, secunda Aratum, Nicandrum, Maximum, tertia Oppianum, Manethonem, Orpheum, Quintum comprendat, quarum quaeque distinctam suam ac definitam habet proprietatem. Callimachus et Apollonius Rhodius in universum veterem normam regulasque, quas de modorum usu apud Homerum observavimus, sequuntur. Quae vero deflexerint ac potissimum Apollonius Rhodius nova condiderit, ita ut his de rebus ab omnibus aliis poetis epicis differre ac dissentire videatur, ex singulis locis contemplandis postea cognoscemus. Modi apud eos plane Homericos fines explent eademque adhibentur significatione. Sed prorsus fere evanuit optativus cum partt. conjunctus apud secundam, quam constituimus, seriem epicorum poetarum inde ab Arato usque ad Maximum, ita ut rarissime tantum eum in enuntiatis relativis invenias. Contra Conjunctivus et simplex et cum partt. conjunctus tunc quidem in omnibus enuntiationibus temporalibus et causalibus dominari coepit, qui tamen sine ullo significationis discrimine usurpabatur, ita ut ex arbitrio vel metri necessitate particula ἄν et adjici et omitti posset. Optativus simplex vero in solis fere particula εἰ institutis enuntiatis conditionalibus locum habet. In enuntiationibus liberis et in apodosi optativus abundat. Denique apud tertiam sectam inde ab Oppiano usque ad Quintum in omnibus enuntiatis temporalibus, causalibus, relativis conjunctivus prorsus dominatur, ita ut longiores illae in -ειας, -ειε, -ειεν exeuntes optativi formae tantum succurrant, ubi conjunctivus pro versus necessitate poni non potuit. Inter optati-

vum et conjunctivum omnino his poetis nullum est significationis discrimen; itaque in eadem enuntiatione modo hic modo ille modus infertur, prout metrum postulat. Immo optimo jure inde ab Oppiano optativus etiam praegressis conjunctionibus εὖτ᾽ ἄν, ὅτ᾽ ἄν, ἤν reperitur. In enuntiationibus liberis atque in apodosi optativus prorsus fere obsolevit et ubique indicativus usurpatur. — Jam cujusque classis vi atque indole in universum cognita, ad primam sectam accuratius contemplandam accedamus, quae Callimachum et Apollonium Rhodium comprendit. Quamquam hi accuratius sese ad usum Homericum in modis ponendis applicuerunt, tamen habent nonnullas proprietates, quas aut ab aliis exemplis mutuati sunt, aut ipsi sibi primi adsciverunt. Qua re etiam hac ex parte confirmatur id quod Lehrsius de Alexandrinis poetis in libro suo, qui inscriptus est Arist. stud. Hom. p. 82 judicavit. Callimachus et Apollonius Rhodius extremi sunt poetarum epicorum, qui, cum diligentius et subtilius antiquissimam normam de modorum usu secuti sint, simul eo, quod ipsi novaverant, recentioribus occasionem atque exemplum imitandi praebebant, id quod hi eo magis fecerunt, quo rarior usus priore aetate repertus est. Apud utrumque optativus in enuntiationibus particulis ὅτε, ὁπότε, εἰ institutis et in enuntiatis relativis locum habet, apud Apollonium etiam conjunctione εὖτε praegressa, quae constructio ab Homero aliena est. Conjunctivus invenitur in enuntiatis relativis, praeterea conjunctionibus αἴ κε, ἤν, ὁπότ᾽ ἄν praegressis, apud Apollonium etiam procedentibus particulis εἴ κε, εὖτ᾽ ἄν, εἰσόκε, ὅτ᾽ ἄν, ἔστ᾽ ἄν, ἕως κε, ἐπεί κε, ἐπήν, ὁπότε κε, et εἰ ἄν, quae particularum conjunctio apud hunc poetam postremum occurrit. Optativus denique cum partt. conjunctus reperitur apud utrumque in enuntiatis relativis, apud Apollonium etiam post particulas conditionales εἴ κε, αἴ κε, et εἰ ἄν, quae conjunctio apud Homerum semel tantum cum optativo legitur Il. *B* 597, apud posteriores vero poetas plane in oblivionem abiit. Uterque in eo ab usu antiquissimo declinavit, quod interdum conjunctivo simplici pro conjunctivo cum partt. conjuncto usi sunt. Apollonius autem in eo etiam aberravit, quod longiores illas optativi formas metro accommodatas aliquoties pro conjunctivo adhibuit et con-

tra conjunctivum posuit, ubi optativum exspectes. Porro optativum retinuit in oratione obliqua, excepta tamen εὖτ' ἄν et ἐπεί κε particularum conjunctione, ubi semper conjunctivus locum habet. Has digressiones posteriores epicos poetas fere omnes legem regulamque sibi scripsisse infra videbimus. Ubi vero Apollonius usum, quem ab Homero acceperat, retinuit ejusque vestigia persecutus est, copiam quandam praeclarissimorum praebet exemplorum, quibus dilucide atque aperte usus ille antiquissimus in modis ponendis explicari cognoscique potest, ita ut etiam hanc in partem jure de eo valeat, id quod Weichertus in commentatione sua de vita et scriptis Apollonii Rhodii p. 390 disputavit: „Durch ein fleissiges Studium der homerischen Gesänge hatte er sich ihren Geist so zu eigen gemacht, dass sein Ausdruck und seine Darstellung von selbst und ungesucht ein homerisches Colorit erhielt. Daraus ergiebt sich aber auch die Nützlichkeit und Wichtigkeit der Lektüre dieses Gedichts für den, welcher die ionische oder epische Sprache in ihrer höchsten Reinheit und Schönheit kennen lernen will.“ Jam ad singulos utriusque poetae locos percensendos accedamus.

### *A. De Callimacho et Apollonio Rhodio.*

1) Apud Callimachum perpauca tantum inveniuntur, quae ab homerica norma in modis ponendis abhorreant. Ac primum quidem conjunctivum cum κέ particula conjunctum adhibet in minando: in lav. Pall. 53 ib. 101, in precando et adhortando: in Dian. 129. Epigr. X. XII. Dissuadendi exempla non exstant. Earum vero rerum, quas ex ipsa natura vel ex rerum quibuscum componuntur conditione eventuras esse colligi potest, haec reperiuntur exempla: in Jov. 87. in Apoll. 40. in Dian. 84. in lav. Pall. 131. in Del. 171. In conjunctivo simplici ponendo Callimachus interdum ab usu Homerico aberravit; aliquoties enim eum adhibuit, ubi princeps ille poeta conjunctivo cum partt. conjuncto usus esset. Sed jam notandum est, has digressiones in ambobus illis tantum hymnis reperiri ad Lavacrum Palladis et in Cererem inscriptis, in quibus ἄν particulam nunquam a poeta adhibitam esse jam Meinekius in editione

sua Callimachi p. 263 observavit. Itaque ab Ernestio in textum receptam lectionem in hym. ad lav. Pall. 111 sq. *ὁππότ᾽ ἂν οὐκ ἐθέλων περ ἴδῃ* emendavit hoc modo: *ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὸν ὅ τε δρόμος αἵ τ᾽ ἐν ὄρεσσι ῥυσεῦνται ξυναὶ τᾶμος ἑκαβολίαι, ὁππόκ᾽ ἄρ᾽ οὐκ ἐθέλων περ ἴδῃ χαρίεντα λοετρά*, neque cursus eum, neque communes in montibus venationes servabunt, cum quamvis invitus viderit grata deae lavacra. Usus Homericus hoc loco conjunctivum cum partt. conjunctum exigeret, quippe quod singulare aliquod factum profertur, quod momento aliquo futuri temporis adhuc incerto eventurum esse loquens certe exspectat. Conjunctivus simplex significat, Actaeonem omnibus temporibus interdum videre posse deam lavantem, plane in incerto relinquens, quando singularis illa actio eventura sit, ex qua puniatur. Quae quam valde sensui repugnent, et Tiresiae exemplum, v. 82, docet, qui cum valde sitiens ad rivum venisset ibique invitus nudam conspexisset deam, statim ab illa occaecatus est, et ib. v. 53 *ὅς κεν ἴδῃ γυμνὰν τὰν Παλλάδα, τὤργος ἐσοψεῖται τοῦτο πανυστάτιον.* cfr. ib. v. 101. Alterum exemplum, ubi conjunctivus simplex pro conjunctivo cum partt. conjuncto adhibitus est, in eodem hymno habemus *v* 129 de re aliqua singulari, quae ex natura humana necessario eveniet. Praeter hos duos locos apud Callimachum insuper bis particula *εὖτε* cum conjunctivo conjuncta reperitur: in Jov. 88 *ἑσπέριος τὰ μέγιστα (τελεῖ), τὰ μείονα δ᾽ εὖτε νοήσῃ* et in Dian. 129 *οὓς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσσηαι, κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν, εὖ δὲ γενέθλη τετραπόδων, εὖ δ᾽ οἶκος αέξεται, οὐδ᾽ ἐπὶ σῆμα ἔρχονται πλὴν εὖτε πολυχρόνιόν τι φέρωσιν.* Utroque tamen loco simplex conjunctivus recte se habet. Priore enim poeta minime id agit, ut distinendo legentis animum ad singulas quasque res minores advertat, de quibus Ptolemaeus rex cogitaverit; vult enim laudare prudentiam regiamque ejus auctoritatem. Immo dicit quasi provocans fatum: Cogitet aliquando minora mane, tamen vesperi semper maxima perficiet. Etiam altero loco recte legitur conjunctio *εὖτε* cum conjunctivo consociata; nam verba *πλὴν εὖτε πολυχρόνιόν τι φέρωσιν* continent universam sententiam, quae adjicitur, ut notionem moriendi, quae continetur verbis *ἐπὶ σῆμα ἔρχονται*

illustret. Hic igitur est sensus loci: Quoscunque dea ridens et placata adspexerit, iis prorsus fortuna obtinget, et felix messis et largus gregum proventus et divitiarum amplificatio et longa vita. Eandem ob causam semel etiam apud Apollonium particula *εὖτε* cum conjunctivo simplici conjuncta reperitur: *B* 802 *ἦ γάρ θέμις ἠπεδανοῖσιν ἀνδράσιν, εὖτ' ἄρξωσιν ἀρείονες ἄλλοι ὀφέλλειν.* Ea est vis enuntiationis particula *εὖτε* institutae, ut notionem per se unam, quae propter majorem ambitum substantivo proferri non poterat, justa verborum comprensione exponat. Supplet igitur tantum enuntiatio temporalis redditque planiorem notionem hominis benefici, quae est ex ipsorum verborum sententia cogitatione sumenda. Injuria Thierschius Act. Mon. Bd. I. in Epimetro ex analogia horum locorum etiam in loco Ap. Rh. *B* 645 *τοὔνεκα νῦν-ἔτι τάρβος ἀνάψομαι, εὖτε πέλεσθε ἔμπεδοι ἀργαλέοις ἐνὶ δείμασιν* conjunctivum emendare vult. Patet enim, hunc locum a supra tractatis valde differre. Jason tentat fidem sociorum, qui plane ipsius voluntati obtemperant, immo eum summa cum confidentia atque audacia incitant, ut inceptum exsequatur. Sensu igitur eo ipso momento, quo loquitur, constantiam eorum percipit. Itaque indicativus prorsus recte se habet. Jam tertius locus restat afferendus, qui ab usu Homerico declinat: in Cer. 3 sq. *τὸν κάλαθον κατιόντα (χαμαὶ θάσασθε βέβαλοι) μηδ' ἀπὸ τῶ τέγεος μηδ' ὑψόθεν αὐγάσσησθε, μὴ παὶς μηδὲ γυνὰ μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν, μηθ' ὅκ' ἀφ' αὑαλέων στομάτων πτύωμες ἄπαστοι, (μηθ' ὅκα δειελινοὶ λιπαρᾶς τερψώμεθα δαιτός)*, quem versum Meinekius in Diatribe ad hymn. in Cer. p. 218 supplevit. Poeta canit: ne quis calathum adspicere audeat, neque puer neque matrona neque virgo, neque mane, quo tempore calathus ex templo effertur et pompa instituitur, neque vesperi, quo tempore in locum suum reponitur. Intelligitur hoc loco de re aliqua dissuadenda agi, quae futuro tempore procedente certissimis maximeque definitis spatiis interjectis eveniat; itaque conjunctivum cum partt. consociatum exspectaremus. Sed jam supra commemoravimus, poetam in his duobus hymnis nunquam *ἄν* particula usum esse. His absolutis breviter locos denotemus, qui, cum res omnibus temporibus

aliquando evenientes proferant, nihil continent, quod ab usu vulgari abhorreat. Omnes enim genus quoddam aequalium rerum comprendunt, quas fieri posse jam satis experientia comprobatum est: in Apoll. 10. in Del. 7. in Apoll. 20. ib. 28 *τὸν χορὸν ὡπόλλων, ὅτε οἱ κατὰ θυμὸν ἀείσῃ, τιμήσει.* Enuntiatio temporalis nihil nisi illustrat objectum et jam pronomine illo *τὸν* ad eas res intento, quae enuntiato particula *ὅτε* instituto comprenduntur, adumbrata est. Jam restat unus locus, qui construendi ratione ab homerico usu recessit in lav. Pall. 101 sq. *ὅς κέ τιν᾽ ἀθανάτων, ὄκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται, ἀθρήσῃ, μισθῶ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλω.* Conjunctivus cum particulis *ὅτε μή* conjunctus ab antiquissimi poetae dicendi ratione prorsus alienus est. Thierschius quidem Gr. Gr. §. 322, 14a et Act. Mon. Bd. I. p. 8 auctoritate Apollonii Rhodii permotus ubique apud Homerum optativum corrigendum atque conjunctivum ejus in loco ponendum esse censuit. Sed jam ab Hermanno opuscc. II. p. 36 refutatus est. Vid. Krüger Gr. Gr. II. §. 65, 5, 2. Spitzner Exc. XXVII. Et ipse etiam Thierschius non plane veritatem sententiae suae persuasisse sibi videtur; disserit enim Gr. Gr. §. 322, 14a: „Dem Optativ in jenen homerischen Beispielen ist günstig, dass *ὅτε μή* für *εἰ μή* steht, welches in solcher Fügung oft mit dem Optativ gefunden wird.“ Vide, quae disputavimus p. 19. Ex ipsa locorum sententia affatim apparet, sumptionem eam esse, quae nullo pacto eventura exspectetur. Itaque optativum ex Homeri canone exspectaremus et hoc loco Callimachi et his: hymn. ad Merc. 93. Ap. Rh. *Α* 244. ib. *Δ* 408. Contra hoc loco ex tradita lege optativum habet Apollonius Rhodius *Δ* 583 sq. ubi tamen tantum retinuit, quippe qui ubique in oratione obliqua optativum adhibuerit. In optativo ponendo nihil est, quod ab usu Homerico recedat. Optativus cum *κέ* particula conjunctus duobus tantum locis apud Callimachum invenitur: in Jov. 16. in Del. 125. Optativus simplex ponitur a Callimacho ad rem aliquam significandam mera loquentis cogitatione enatam: in Dian. 90 sq. (*κύνας ἔδωκεν*) *οἵ ῥα λέοντας αὐτοὺς εὖ ἐρύοντες, ὅτε δράξαιντο δεράων, εἷλκον ἔτι ζώοντας ἐπ᾽ αὐλίον.* Agitur de uno facto, quod in poetae cogitatione versatur. Repetitionis significatio, quae optativo

inesse videtur, enuntiatione primaria efficitur, quae imperfectum *εἷλκον* exhibet. Quotiens igitur haec res enuntiatione primaria proposita evenisse cogitatur, totiens eodem tempore etiam alteram illam secundaria enuntiatione comprensam evenisse putandum est. In lav. Pall. 60 *ἀλλὰ καὶ ἀρχαιᾶν εὖτ' ἐπὶ Θεσπιέων, ἢ 'πὶ Κορωνείας, ἢ εἰς Ἁλίαρτον ἐλαύνοι ἵππως,.. πολλάκις ἁ δαίμων νιν ἑῶ ἐπεβήσατο δίφρω.* Minerva unam nympham olim Thebis vehementer et prae ceteris amavit, matrem Tiresiae, neque unquam sine illa fuit. Sed et cum priscos ad Thespienses aut ad Coroneam aut ad Haliartum ageret equos, saepe dea ipsa illam suo sustulit curru. Optativo igitur hoc loco cogitatum tempus significatur, cui repetitionis notio ex vocabulo enuntiationis primariae *πολλάκις* adhaereat. Sed animadvertendum est, particulam *εὖτε* cum optativo conjunctam ab usu Homerico alienam esse, pro qua princeps ille poeta *ὅτε* cum optativo posuisset. Attamen jam in hymnis Homericis duo reperiuntur loci, qui ab antiquissima norma recedunt: hymn. in Ven. 38. hymn. XVIII. in Merc. 8 sq. Hes. Sc. Herc. 164. Call. hym. in Dian. 56 sq. Ap. Rh. *B* 473. — Omnia haec exempla in particularum quidem usu ab Homero deflectunt, non in modis ponendis, id quod quivis adspiciens intelleget. Liceat hoc loco notare, omnino *εὖτε* particulam apud Homerum rarius occurrentem recentioribus multo magis in deliciis fuisse et cum optativo et cum conjunctivo conjunctam. Cum optativo consociata apud principem illum poetam omnino non invenitur; cum conjunctivo simplici semel tantum legitur Od. *η* 201 ubi id dicit Alcinous: quotiens sacra facimus, sat nobis causae est, cur colligamus, deos ad nos proficisci. Itaque fieri potest, ut etiam nunc tu aliquis deorum de coelo descenderis. Designatur igitur hoc loco genus quoddam rerum, quae cum experientia praeteriti temporis satis comprobatae sint, etiam procedente tempore interdum eadem ratione eventurae intellegantur. Itaque recte se habet simplex conjunctivus. Id vero est munus enuntiationis temporalis particula *εὖτε* institutae, ut notionem antecedentis vocabuli *τὸ πάρος* amplius describat ac planiorem reddat; et loquens his verbis perspicuitatis augendae causa adjectis, conjunctivo utens au-

dienti ex ipsis rebus simpliciter narratis collegendas tradit relationes, quae inter protasin et apodosin intercedant. Hoc loco excepto apud Homerum tantum εὖτ ἄν particula cum conjunctivo regnat ac plerumque quidem, ubi res proferuntur, quas ex ipsa rerum conditione vel ex rerum natura eventuras esse certe exspectetur, cfr. Il. *Β* 34. *Τ* 158. *Α* 242. *α* 192. Sed bis particula ἄν nullam aliam habere videtur vim, quam ut legenti quodammodo succurrat eumque sublevet in re aliqua magis perspicua et singulari intellegenda vel potius sibi effingenda; de quo particulae usu jam pag. 4 sq. disputavimus. Hi sunt loci: Od. *σ* 194 et ib. *ρ* 320. quae verba profert Eumaeus ratione habita Ulixis rei familiaris. Quae igitur de genere valere videantur, certo in exemplo contemplanda exhibentur; quo major efficitur perspicuitas narrationis, quam si totum genus rerum proferatur. Haec vero vel tenuissima dicendi discrimina eorum, qui antiquissimis temporibus linguam formare studuerunt, eo magis nobis statuenda videntur, quam recentiore aetate dicendi illam subtilitatem a poetis epicis obumbratam, immo paullatim oblivione obductam esse cognovimus. Sed jam redeundum est, unde profecti sumus. Optativus simplex praeter locos jam allatos a Callimacho adhibetur: in Dian. 15 sq. *δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας, αἵ τε μοι ἐνδρομίδας τε καὶ ὁππότε μηκέτι λύγκας μήτ᾽ ἐλάφους βάλλοιμι, θοὰς κύνας εὖ κομέοιεν.* In enuntiatione temporali particulis ὅπότε μή instituta optativus nihil habet offensionis; nulla tamen ratione optativus in enuntiatione relativa defendi posse videtur; immo potius conjunctivum cum *κέ* particula conjunctum in precando adhibitum exspectaremus. Injuria Thierschius in Epimetro formam conj. in *ωμι* (*βάλλωμι*) enuntiationi temporali vindicat, quod quisque ex iis, quae pag. 19 disputavimus, falsum cognoscet. Vulgarem usum optativi retinent hi loci: in Dian. 29 sq. in Del. 158. in Dian. 147. Bis denique legitur optativus in enuntiatis conditionalibus, quae sunt dictae *καθ᾽ ὑπερβολήν*: in Dian. 177. in Del. 129.

Jam absoluto usu Callimacheo in modis ponendis ad

2) Apollonium Rhodium transeamus ac primum quidem enuntiationes temporales et relativas, deinde conditio-

nales contemplemur. Conjunctivum simplicem ex canone Homerico adhibitum his locis habes: *Α* 74 sq. ib. 1100. *Β* 629 sq. ib. 940 sq. *Γ* 763. *Δ* 1725 sq. Omnibus his locis id inest, quod quotiens res enuntiatione primaria comprensa evenerit, loquenti vel audienti ratione habita experientiae satis fuerit causae, cur exspectet, etiam alteram illam, quae secundaria enuntiatione contineatur, eodem tempore eventuram esse. Porro Conjunctivus simplex adhibetur ab Apollonio in comparationibus: *Α* 1003 sq. *Β* 79 sq. ib. 278. *Δ* 1602 sq. *Γ* 875. *Δ* 1296. *Β* 130. Praeter conjunctivum saepe etiam indicativus in comparationibus legitur, et quidem aoristi ad rem quandam significandam, quae fieri potest vel tanquam vere facta profertur: *Δ* 1680 sq. (cfr. Il. *Ν* 398) *Β* 123 sq. 1085 sq. *Γ* 291 sq. ib. 1358 sq. (cfr. Il. *Μ* 278), deinde praesentis, qua verbi forma res quaedam tanquam omnibus notae ac praesentes, quia persaepe vel quotidie eveniunt, proponuntur: *Α* 575. ib. 879. *Β* 25. 70. 543. 664. 943. *Γ* 656. 755. *Δ* 1539. 1602. Conjunctivi in comparationibus adhibiti id esse officium, ut res quasdam minus usitatas proferat, quae propriam suam ac diversam ab aliis habeant naturam, jam supra ostendimus. Legentis igitur animum quasi versantem facit in rebus illis singularibus, quae aliquando fiant, eoque adducit, ut de similitudine earum judicet. Qua in judicanda is qui legit eo magis provehitur, quo magis perspicua ante oculos ponitur imago. Quam ob rem saepe conjunctivo particula ἄν adjicitur, ut res in comparationem vocata non amplioribus generis finibus comprensa proponatur, immo prorsus singularis et totius generis instar contemplanda exhibeatur. Indicativus vero in comparatione usurpatus eo fungitur munere, ut res commemoret, quae perfacile animo percipiantur neque quidquam habeant singularis vel inusitati. Si igitur loquens rem aliquam magis singularem in comparationem vocare vult, duplici ratione hoc effici potest. Aut conjunctivus praecedit, qui legentem in ipsam rem intuendam introducit ibique quasi versantem facit; quo facto aliae res, quae ad augendam et exornandam comparationem adjiciuntur, indicativo vel praesentis vel aoristi optimo jure enuntiantur, quippe quod id, in quo versamur, nulla nisi hac ratione exprimi potest; aut indicativus praegreditur, Conjunctivo,

qui fortuiti notionem comparationi adjicit, proxime sequente. Jam vere haec disputata esse, ex ipsis exemplis Homericis apparebit: Il. *E* 499. *ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωάς ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ κρίνῃ ἐπειγομένων ἀνέμων καρπόν τε καὶ ἄχνας· ὥς* etc. *B* 781. *Π* 384. *P* 755. *Ψ* 760. *O* 362. ib. 679. v. 31. *N* 334 *ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄελλαι ἤματι τῷ ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους, οἵ τ' ἄμυδις κονίης μεγάλην ἱστᾶσιν ὀμίχλην, ὥς...* *Π* 641. *B* 147. *Δ* 141. *E* 597. *Z* 506. *Θ* 338. *K* 360. *Λ* 155. 292. 324. 414. *Ξ* 16. 414. *O* 605. 624. *Π* 296. *P* 61. 389. *Υ* 495. *Φ* 257. 346. Od. *τ* 518. *ε* 328. *ι* 391. *υ* 25. Eadem est ratio comparationum Apollonii: *Α* 1079 sq. *οἵη δὲ κλαγγὴ δήου πέλει ἐξ ὁμάδοιο ἀνδρῶν κινυμένων, ὁπότε ξυνίωσι φάλαγγες.* *Γ* 1298. ib. 1376. *Δ* 700 sq. Perraro tantum apud Homerum conjunctivus et ineunte et media in comparatione ad imaginem exornandam atque augendam invenitur; apud Apollonium nullum exstat exemplum. Jam restant loci nonnulli, ubi indicativus regnat, quamquam ex regula, quam proposuimus, conjunctivum exspectaremus: Ap. *Γ* 1258 sq. *ὡς δ' ὅτ' ἀρήιος ἵππος ἐελδόμενος πολέμοιο σκαρθμῷ ἐπιχρεμέθων κρούει πέδον, αὐτὰρ ὕπερθεν κυδιόων ὀρθοῖσιν ἐπ' οὔασιν αὐχέν' ἀείρει*, cfr. Il. *Z* 506 *ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ, δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων,.. ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει.* idem *Θ* 263. *X* 22 sq. In Apolloniano illo exemplo non quivis equus ob oculos ponitur, sed is ipse, qui belli tumultum desiderat. Indicativo autem totum genus equorum bellum desiderantium profertur. Eadem est ratio locorum: *Γ* 1385 sq. *Δ* 139 *ὡς δ' ὅτε τυφομένης ὕλης ὕπερ αἰθαλόεσσαι καπνοῖο στροφάλιγγες ἀπείριτοι εἱλίσσονται, ἄλλη δ' αἶψ' ἑτέρη ἐπιτέλλεται αἰὲν ἐπιπρὸ νειόθεν εἰλίγγοισιν ἐπήορος ἐξανιοῦσα.* Sed animadvertendum est, his locis genitivum absolutum quodammodo conjunctivi vice fungi, ita ut poeta haec prorsus eadem ratione dixisse videatur atque haec: *ὡς δ' ὅτε τύφηται ὕλη, αἱ δὲ θαλόεσσαι καπνοῖο στροφάλιγγες ἀπείριτοι εἱλίσσονται* etc. Tribus locis denique in comparatione etiam conjunctivus cum partt. conjunctus reperitur: *Α* 1201. *Δ* 931. ib. 1278 sq. *οἷον δ' ἀψύχοισιν ἐοικότες εἰδώλοισιν ἀνέρες εἱλίσσονται ἀνὰ πτόλιν, ἢ πολέμοιο ἢ λοιμοῖο τέλος*

ποτιδέγμενοι, ἠέ τιν' ὄμβρον ἄσπετον, ὅστε βοῶν κατὰ μυρία ἔκλυσεν ἔργα, ἢ ὅτ' ἂν αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα αἵματι, καὶ μυκαὶ σηκοῖς ἔνι φαντάζωνται, ἠὲ καὶ ἠέλιος μέσῳ ἤματι νύκτ' ἐπάγῃσιν οὐρανόθεν, τὰ δὲ λαμπρὰ δι' ἠέρος ἄστρα φαείνοι. Sine ullo discrimine hoc loco primum conjunctivus, tum optativus positus est, quem etiam in Od. γ 2 legimus. Magis ex usu Homerico conjunctivus φανείῃ fuisset, qui in comparatione apud principem illum poetam Od. ε 394 et ψ 233 invenitur. Optativus φαείνοι autem recentioribus poetis usitatissimus est. Eandem modorum vicissitudinem eodemque verbo procreatam bis apud Quintum habes: 9,240 sq. ὡς δ' ὅτε σῦς [illegible] ἐν ὄρεσσι νεηγενέων ἀπὸ τέκνων θῶας ἀποσσεύῃσι, λέων δ' ἑτέρωθι φανείη, sequuntur tunc in membris paratacticis indicativi, et 14, 6?? sq. ὡς δ' ὅτ' ἀλωομένοισι πατρὶς ἑὴ φανείη, οἳ δὲ πάτρῃ χεῖρ' ὀρέγουσι, ubi indicativum per οἵ δέ adnexum optativo habes. Semel etiam optativus ἀπείη in comparatione apud Apollonium reperitur, quia conjunctivus ἀπέῃ omnino ei inusitatus erat: *Δ* 458. Jam absoluto modorum usu in comparationibus, loci aliquot denotandi videntur, ubi contra consuetudinem, quam adhuc illustravimus, ab Apollonio conjunctivus simplex cum ὅτε particula conjunctus est: *Γ* 1108 ἀλλ' οἶον τύνη μὲν ἐμεῦ, ὅτ' Ἰωλκὸν ἵκηαι, μνώεο, immo ὅτε κεν ἵκηαι exspectaremus, praesertim cum Medea eandem sententiam ib. v 1068 his verbis proferat: μνώεο δ', ἢν ἄρα δή ποθ' ὑπότροπος οἴκαδ' ἵκηαι, οὔνομα Μηδείης, preces enim absurdae essent, nisi Medea Jasonem rediturum esse certe exspectaret vel ex rerum conditione colligere posset. Cfr. Il. *Η* 335. ib. 459. Od. ο 36. Item conjunctivum cum particula conjunctum exspectaremus hoc loco *Δ* 1577 sq., ubi Triton praeceptum dat Argonautis, quid iis faciendum sit, ut redire possint. Patet vero, his duobus locis metri necessitate κέ particulam omissam esse, praesertim cum aliis locis, ubi praeceptum aliquod datur, semper ἄν vel κέ particula conjunctivo adjecta sit. Sed animadvertendum videtur, poetam fortasse constructionem enuntiationum temporalium ὅτε particula institutarum sibi offensionis condentem reddere voluisse, cum octodecim locis, ubi καί περ ἐς conjunctivum simplicem sibi adscivit, nunquam cum ἄν vel κε partt. conjuncta reperiatur (excepto tamen uno loco jam supra

memorato *Δ* 1282). Porro offensionis aliquid etiam in loco Ap. Rh. *Γ* 345 sq. mihi inesse videtur: ἶσον δ' ἐξ ἀνέμοιο θέει καὶ ὅτ' ἀνέρες αὐτοὶ νωλεμέως χείρεσσιν ἐπισπέρχωσιν ἐρετμοῖς. Vocabulum ἶσος plerumque apud Homerum in comparationibus cum dativo conjungitur, cfr. Od. *κ* 378. Il. *E* 884. *Λ* 163. *P* 51, aut quamvis rarius, cum ὥς particula Od. *υ* 282. Attamen uno loco etiam καί particula reperitur Il. *I* 318: ἴση μοῖρα μένοντι καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι. Sed hoc loco enuntiatio conditionalis tantum vice fungitur dativi, ita ut proprie poetae dicendum esset: ἴση μοῖρα μένοντι καὶ μάλα πολεμίζοντι. Aliter Apollonius, qui substantiva abstracta inter se comparat: ἶσον ναῦς θέει ἐξ ἀνέμοιο καὶ ἐξ εἰρεσίας. Licentiorem vero usum praepositionis ἐκ, qui hoc loco cognoscitur, jam Giesecke „die allmälige Entstehung der Gesänge der Ilias"*) observavit. Tres tantum hujus similes loci in Homeri carminibus reperiuntur: Il. *P* 101 ἐκ θεόφιν πολεμίζειν, *Ω* 617. Od. *ρ* 518, praeterea etiam in carmine Apollonii *Δ* 606. Denique conjunctivum ἐπιπέρχωσιν injuria mihi Thierschius in Epimetro laudare videtur. Immo optativum exspectaremus, cum de re quadam agatur mera Argi cogitatione enata, id quod jam ex Homeri exemplo cognosci potest. Cfr. Thiersch Gr. Gr. §. 322, 5*b*. Hermann. opuscc. II. p. 51 sq. Jam eas enuntiationes contemplemur, in quibus conjunctivus cum ἄν vel κέ partt. conjunctus reperitur. Quod ad conjunctiones attinet, maxime Apollonio in deliciis est εὖτ' ἄν particularum conjunctio, quae septies decies legitur. Praeterea ab eo usurpantur εἰσόκε quater, ἔςτ' ἄν bis, ἕως κε et τείως κε *B* 400 et *Δ* 819, ἐπείκε et ἐπήν ter, ὁππότ' ἄν *Δ* 288 et ὁππότε κε *Δ* 1353, ὅς κεν bis *B* 13 et 55, ὅττι κεν *Γ* 131, ὥς κεν *B* 345 et *Γ* 350. Usui Homerico plane conveniunt hi loci: Ac primum quidem conjunctivus cum partt. consociatus legitur in adhortando: *Δ* 872. *B* 348. ib. 400. 422. *Γ* 131. 910. 1026. 1036. 1051 sq. *Δ* 345. ib. 761. 809. 1323. 1351 sq. 1579. Semel habes conjunctivum cum ἄν particula conjunctum in dissuadendo: *Δ* 860. Porro ad res aliquas proferendas, quarum

*) „Wo sie das Ausgehen einer Handlung von einem als thätig gedachtem Gegenstande bezeichnet."

eventus propter ipsarum naturam exigitur, conjunctivus cum partt. consociatus reperitur his locis: *A* 682 ib. 838. 1075. *B* 55. 251. cfr v. 257 sq. *B* 1013 sq. *Γ* 933. 943. *Δ* 97. 288. 606. 816. *B* 345. *Γ* 350. — Jam ad optativum ac primum quidem ad optativum simplicem transeamus, qui plane Homerico usui conveniens his locis positus est: *A* 1242. *B* 276. *Γ* 652. 953. *Δ* 1194. Omnibus his locis tempus aliquod fingitur ratione habita aliarum rerum, quae eaedem in cogitatione positae sunt. Eadem est ratio loci *Δ* 1233 et 1654 ubi optativus de sumptione quadam adhibitus est, quae omnino a rerum ordine aliena existimetur. Duo denique exstant loci, ubi ὅτε particula ad enuntiationem primariam refertur, quae et ipsa optativum optantis exhibet: *Γ* 787 ib. 1110. Porro optativus simplex legitur in enuntiatis relativis, quibus res aliqua mera loquentis cogitatione enata eaque agitata profertur: *A* 963 ib. 1155. *B* 260. *Γ* 948. ib. 1010. *Δ* 665. 1699. Optativum cum partt. conjunctum Apollonius perinde ac Callimachus tantum in enuntiationibus relativis usurpavit, quas cum nihil memoratu dignum contineant, numeris tantum denotabo: *A* 159. 339. 603. *B* 541. 952. *Γ* 12. 81. 188. 629. 841. 1056. 1405. *Δ* 822. His absolutis jam ad enuntiationes conditionales contemplandas accedamus, quae institutae sunt particulis εἰ, εἴ κε, εἰ ἄν, αἴκε, ἤν. Etiam in his Apollonius aliquoties ab usu Homerico deflexit, conjunctivum simplicem adhibens, ubi conjunctivum cum partt. conjunctum exspectaremus: *A* 904 sq. εἰ δ' οὔ μοι πέπρωται ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκέσθαι τηλοῦ ἀναπλώοντι, σὺ δ' ἄρσενα παῖδα τέκηαι, πέμπε μιν ἡβήσαντα. *Δ* 1416 sq. εἰ δὲ καὶ αὖτις δή ποτ' Ἀχαιίδα γαῖαν ἱκώμεθα ναυτιλίῃσιν, δὴ τότε μυρία δῶρα παρέξομεν, ubi codices fluctuant et Wellauerus id, quod magis mihi ex usu Homerico videtur esse, in textum recepit: εἰ δέ κεν αὖτις etc. Et hoc loco et illo conditio ad actionem quandam singularem spectat, quam eventuram loquens e rerum conditione certe exspectet. Vide, quae disputavimus p. 6 sq. Itaque prorsus recte se habent hi loci Ap. Rh. *B* 691. *Γ* 152. ib. 1121. At nihil offensionis habet simplex conjunctivus *Γ* 61 τὸν μὲν ἐγών, εἴ καί περ ἐς Ἄιδα ναυτίλληται.. ῥύσομαι, ubi provocandi notionem in enuntiatis liberis conjunctivo usitatissimam in enuntiationem condi-

tionalem transiisse videmus. Plane ex vulgari canone conjunctivus cum partt. conjunctus est ab Apollonio his locis: 1) in adhortando dandoque praecepto: *A* 898. ib. 907. *B* 345. *Γ* 1068. *A* 706. ib. 715. *B* 1130. *Γ* 26. *A* 695. ib. 1319. *B* 174. ib. 337. 1052. 1068. *Γ* 908. 1055. *Δ* 376. 2) in dissuadendo: *B* 329. 3) in precando: *B* 691. *Γ* 153. ib. 1004. 642. 1121. *A* 891. 4) in minando: *A* 677. Denique uno loco conjunctivum cum particula conjunctum habes, ubi res quaedam singularis profertur, quae eventura pro certo exspectetur: *Γ* 322 *χρειὼ δ' ἢν ἐθέλῃς ἐξίδμεναι, οὔ σ' ἐπικεύσω.* Aëtes vero vult ex Argo comperire, cur Argonautae venerint, id quod modo ipse v. 314 sq. dixit. At licentius particula *ἢν* cum conjunctivo conjuncta est his tribus locis, ubi ex Homeri consuetudine *εἰ* particulam cum conjunctivo simplici consociatam exspectares: *B* 228 *τυτθὸν δ' ἢν ἄρα δήποτ' ἐδητύος ἄμμι λίπωσιν, πνεῖ τόδε μυδαλέον τε καὶ οὐ τλητὸν μένος ὀδμῆς,* quod cum jam saepius factum sit, etiam futuro tempore aliquando fieri potest; non autem rerum status is est, qui eventum necessario exigat. ib. 1030 *ἢν γάρ πού τι θεμιστεύων ἀλίτηται, λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐνικλείσαντες ἔχουσιν.* *Γ* 343 *ἣ δ ἐνὶ γομφοις ἴσχεται, ἢν καὶ πᾶσαι ἐπιβρίσωσιν ἄελλαι.* Cfr. p. 16. Inest huic loco notio provocandi: omnes in navem invehantur tempestates, tamen incolumis permanebit; quam notionem simplici conjunctivo in enuntiatis secundariis exprimendam esse jam supra p. 16 vidimus. In construendis enuntiatis interrogativis Apollonius deflectit ab Homero duobus locis, altero *εἴ κε* particulas cum conjunctivo conjungens, ubi optativum, altero easdem particulas cum optativo conjungens, ubi conjunctivum exspectaremus. *A* 807 *δηρὸν ἐτέτλαμεν, εἴ κέ ποτ' αὖτις ὀψὲ μεταστρέψωσι νόον.* Si hunc locum cum illo Od. *δ* 34 *δεῦρ' ἱκόμεθ', αἴ κέ ποθι Ζεὺς ἐξοπίσω περ παύσῃ ὀιζύος* comparaverimus, eo magis apparebit, quodnam inter utrumque intercedat discrimen. Hic enim Menelaus ex rerum statu, qualis sit, colligendum sibi esse arbitratur, Jovem calamitatis finem esse constiturum; quam calamitatem si non ab eo defendat, fieri potest, ut iterum vagetur. Quam ob rem etiam praeteritum *ἱκόμεθα* apodosin non efficit, immo potius futurum tempus cogitatione supplendum: et nunc exspe-

ctabimus. Ibi vero Hypsipylia res jam praeteritas narrat, quarum de eventu futurum tempus haud amplius dijudicare potest. cfr. Il. *H* 387. Eadem est ratio loci Ap. Rh. *A* 622 ὕπερθ᾽ ἁλὸς ἧκε φέρεσθαι, αἴ κε φύγῃ, ubi Brunckius ex uno cod. Reg. C. φύγοι dedit, Wellauerus tamen et Merkelius auctoritate plurimorum librorum commoti conjunctivum restituerunt. Etiam haec verba mera poetae cogitatione enata sunt narrantis, Hypsipyliam patrem suum in cista servasse. Itaque recte optativus legitur his locis: *A* 171. *B* 698. *Γ* 535. ib. 693. *Δ* 462. Sed uno loco optativus invenitur, ubi ex usu Homerico conjunctivum exspectaremus *Γ* 180 πειρήσω, εἴ κ᾽ ἐθέλοι φιλότητι δέρος ὀπάσσαι, ἦε καὶ οὔ. Aut tradit Aetes vellus Jasoni, aut non tradit; alterutrum necessario fiet. Homerus in omnibus enuntiatis interrogativis, ubi ex rerum conditione colligi potest, vel hoc quod sumatur, vel contrarium esse eventurum, conjunctivo cum partt. consociato utitur, cfr. Od. ω 216. α 379. β 144. χ 7. Il. *A* 420. *E* 279. *H* 243. *Z* 281. *Θ* 535. *K* 55. *Σ* 143. 601. *P* 652. *A* 408. *H* 375. *Λ* 797 sq. *M* 275. *Π* 40. 725. *P* 120. 692. *Σ* 198. *T* 147. Od. γ 92. δ 322. μ 215. ν 182. ξ 118. χ 252. Il. *T* 70. *Δ* 249. Optativus simplex plane consuetudini Homericae conveniens ab Apollonio in enuntiatis conditionalibus primum usurpatus est ad novam quandam rem inferendam non nascentem ex rebus narratis, sed sui ipsius causa sumptam, ex qua quae apodosi continentur repetantur: *A* 681. *B* 443. *Γ* 75. ib. 140. 435. *Δ* 403. Deinde optativum etiam in iis rebus commemorandis posuit, quas vix fore credendum est: *B* 976. *A* 814. *Γ* 1189. *Δ* 1261. *A* 470. *Δ* 1509. Etiam optativus cum partt. conjunctus recte se habet his locis: *A* 827. *A* 663. *Γ* 479. ib. 845. *B* 644. ib. 340. At refragatur consuetudini Homericae optativus in minando positus *B* 17. Porro loci afferendi sunt, ubi Apollonius orationis obliquae causa, quippe quae ex alius cogitatione enuntietur, optativum posuit pro conjunctivo, quo principem illum poetam in hac constructione usum esse p. 23 ostendimus. Sed jam animadvertendum est, hanc modorum mutationem tantum locum habere in enuntiationibus relativis, conditionalibus et temporalibus particula ὁπότε institutis. Ubi vero εὖτ᾽ ἄν vel ἐπεί κε particulae orationem instituunt, con-

junctivum retinuit poeta. Qui modus igitur in oratione obliqua ex tempore praeterito apta his locis reperitur: *Α* 969 *δὴ γάρ οἱ ἔην φάτις, εὖτ' ἂν ἵκωνται ἀνδρῶν ἡρώων θεῖος στόλος, αὐτίκα τόνγε μείλιχον ἀντιάαν, μὴ δὲ πτολέμοιο μέλεσθαι.* *Δ* 435. *Γ* 579. *Β* 607. At optativus legitur his locis: *Α* 1348 *ἐπηπείλησε δὲ γαῖαν Μυσίδ' ἀναστήσειν αὐτοσχεδόν, ὁππότε μή οἱ ἢ ζωοῦ εὕροιεν Ὕλα μόρον, ἠὲ θανόντος.* *Δ* 753. *Α* 5, cfr. *Β* 13. *Δ* 532 *Δ* 341. cfr. *Γ* 418. *Δ* 1055, quo loco optativo etiam *κέ* particula adjecta est. Denique Apollonius plane novum usum, qui cum poetis tragicis communis ei est, in sermonem epicum introduxit, quod cum verbis timendi, notionem vocum *οὐκ οἶδα* continentibus, particulam *εἰ* pro *μὴ οὐ* conjungit. Cfr. Krüger Gr. Gr. § 54, 8, 11. cfr. *Γ* 481. *Δ* 1167 *τὼ καὶ τοὺς γλυκερῇ περ ἰαινομένους φιλότητι δεῖμ' ἔχεν, εἰ τελέοιτο διάκρισις Ἀλκινόοιο.* Vid. Eur. Med. 184. Soph. Trach. 176. Eur. Andr. 61. Altero loco Apollonius cum particula *εἰ* etiam *μή* particulam conjungit: *Β* 639 *καὶ σεῖο καὶ ἄλλων δείδι' ἑταίρων, εἰ μὴ ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἀπήμονας ὔμμε κομίσσω.* — Jam absoluta quaestione de modorum usu apud Callimachum et Apollonium Rhodium ad alteram partem secundae quam constituimus classis poetarum epicorum contemplandam accedamus.

### *B. De Arato, Nicandro, Maximo.*

Apud poetas hujus seriei conjunctivum in omnibus enuntiatis causalibus et temporalibus prorsus dominari jam supra commemoravimus. Conjunctivus simplex et conjunctivus cum partt. conjunctus sine ullo significationis discrimine ab iis adhibentur, ita ut modo hanc modo illam formam praeferant, prout metrum postulat. Optativus cum *κέ* particula conjunctus fere tantum in enuntiatis relativis legitur; at simplex optativus regnat in omnibus *εἰ* particula institutis enuntiatis conditionalibus. In enuntiatis liberis autem atque in apodosi abundat optativus.

Perventum est ad singulos poetas percensendos. Ac primum quidem

1) A r a t u m pertractemus, cui nihil cum societate Alexandrinorum virorum doctorum commune fuisse jam Ritschelius

Alex. Bibl. p. 83 monuit. In modis quidem ponendis a majore illorum dicendi subtilitate et consuetudine magis cum antiquissimo Homeri usu conveniente prorsus alienus est. Jam ut de hac re initium faciamus, frequentissimus est in enuntiatis liberis et in apodosi optativo locus et saepissime quidem cum ἄν vel κέ partt. conjuncto: Phaen. 79. 142. 212. 229. 289. 291. 411. 456. 495. 530. 542. 559. 562. 566.. 579. 607. 612. 635. 712. 729. Dios. 782. 784. 791. 793. 797. 798. 802. 815. 816. 818. 827. 839. 844. 850. 857. 873. 876. 879. 898. 904. 915. 990. 991. 1006. 1010. 1012. 1028. 1048. 1071. 1084. 1144. 1145. 1154. Aliquoties optativum mere posuit, ubi fere κέ vel ἄν particula addi solet: Phaen. 248. Dios. 1148.ib. 1038. 1058. 1066. Phaen. 460. Optativi, qui fere imperativi vice fungitur, haec habemus exempla: Phaen. 16. 154. 155. 170. 287. 302. 304. 324. Dios. 1129. Optativus optantis reperitur: Dios. 1050. 1188. 1191, et cum μή particula conjunctus: Dios. 822. 1049. 1086. Hic frequens optativi usus Arato prorsus cum Nicandro et Maximo communis est. Apud Maximum optativus ille cum partt. conjunctus legitur his locis: 19. 23. 28. 38. 43. 46. 87. 89. 100. 105. 106. 120. 125. 135. 178. 181. 184. 187. 196. 203. 206. 209. 213. 218. 234. 259. 289. 303. 328. 331. 340. 342. 351. 355. 365. 366. 369. 370. 387. 388. 395. 400. 404. 407. 426. 431. 447. 453. 469. 475. 478. 480. 486. 499. 505. 508. 521. 546. 663. 572. 595. 601. Porro habemus optativi omissa particula haec exempla: 4. 58. 107. 108. 109. 173. 194. 239. 308. 314. 379. 454. 482. 507. Optativi optantis hi sunt loci: 150. 201. 441. 442. 443, et ejusdem cum μή particula conjuncti: 74. 99. 133. 171. 176. 177. 193. 195. 212. 214. 215. 236. 238. 284. 286. 287. 290. 295. 406. 430. 450. 487. 556. Porro optativi ejusdem, qui fere imperativi vices tenet: 5. 17. 115. 222. 311. 319. 328. 338. 344. 485. 514. 516. 517. 524. 525. 526. 533. 557. 559. 579. 589. 590. Apud Nicandrum habemus hujus optativi haec exempla: Ther. 509. 519. 558. 573. 583. 598. 601. 606. 612. 646. 652. 654. 702. 709. 715. 817. 849. 852. 860. 878. 886. 892. 853. 907. 919. 933. 939. 954. Alex. 45. 49. 54. 59. 63. 65. 68. 71. 88. 91. 93. 97. 106. 110. 114. 116. 129. 137. 140. 142. 144. 153. 154. 162. 164. 171. 195. 199. 202. 203. 207.

225. 226. 229. 231. 237. 238. 240. 261. 263. 268. 276. 280. 301. 308. 309. 311. 319. 320. 322. 324. 325. 333. 334. 336. 347. 351. 356. 357. 360. 361. 369. 370. 373. 376. 386. 392. 407. 410. 411. 414. 415. 428. 434. 445. 454. 465. 484. 486. 489. 493. 512. 514. 519. 521. 527. 534. 536. 547. 553. 563. 565. 574. 585. 587. 589. 592. 593. 602. 608. 878, ubi forma *σαώσαι* legitur; praeterea saepius inter locos modo allatos formae illae optativi in *αις* et *αι* terminantes reperiuntur, quas quam valde recentiores epici evitaverint, ex exemplo Quint. Smyrn. 9, 92 cognosci potest, ubi *ἀμφικαλύψοι* pro *ἀμφικαλύψαι* scripsit. Porro optativi illius cum *ἄν* vel *κέ* partt. conjuncti apud Nicandrum haec habemus exempla: Ther. 1. 4. 90. 117. 209. 234. 258. 320. 575. 768. 877. 957. Alex. 4. 72. 73. 242. 629. Bis exstat optativus optantis: Ther. 305. 522. Jam vero patet ex hoc aequabili ac frequente optativi usu, hos tres poetas non valde diversis temporibus adscribendos esse; id quod eo magis apertum erit, ubi intellexeris, quam prorsus fere optativus apud poetas sequentis seriei in enuntiatis liberis evanescat. Nam ut hoc tantum afferam exemplum, Manethoniani fere semper in describendis constellationum efficaciis indicativo uti solent. Itaque optimo jure mihi Köchlyus Prolegg. ad Quint. p. 78 et in Praefat. ad Maximi illud *περὶ καταρχῶν* fragmentum Poett. bucc. et didactt. II. p. LXII Maximi carmen ad recentiorum Alexandrinorum studia retulisse videtur. His igitur praemunitis ad Aratum redeamus. Sed priusquam ad ipsum ejus modorum usum in enuntiatis secundariis percensendum progredimur, ex particulis nonnulla apodosin instituentibus delibemus. Habes aliquoties *ἦτ' ἄν* apud Aratum Dios. 793. 857. 876, apud Maximum 28. 87. 104. 128. 184. 218. 340. 395. 477. 563; porro *καί κεν* apud Arat. Phaen. 212. 712. Dios. 827. 839, apud Maximum 125. 387, apud Nicandrum Alex. 114. 207. 333. 351. *μᾶλλόν κεν* Dios. 873. *αὔτως κε* Dios. 1071. *οὔ κεν* Phaen. 529. 559, apud Maximum 426. *καὶ δ' ἄν* Phaen. 300. Dios. 913. 1010, apud Maximum 21. 178. *οὔτε κεν* Phaen. 288, apud Max. *οὐδέ κεν* 106. *οὐδ' ἄν* Phaen. 579. 607. *μάλα κεν* Dios. 797. 990. 1084. *οὐκ ἄν* Phaen. 456. *οὔτ' ἄν* Phaen. 290. Apud Maximum praeterea animadvertas *καὶ δέ κεν* 330. et *καὶ δ' ἄν κε* 38. 46. 303. 365. 521. (Arat. Phaen. 562 *τὰς*

δ' ἄν κε). Porro habes simplicem μή vel μηδέ particulam cum optativo junctam Dios. 822. 824. 1086, apud Nicandrum Ther. 583. 852. Alex. 415. 279, apud Maximum 74. 214. 215. 221. 238. 284. 295. μὴ μὲν Arat. Dios. 1049, Nic. Alex. 115 335, Max. 99. 237. 406. 556. μὴ μὲν δή Nic. Alex. 521, Max. 133. 171. 175. 290. 429. 450. μοῦνον μή Max. 193. 212. Apud Nicandrum particularum usus cum optativo, qui fere imperativi vices tenet, conjunctarum frequentissimus est. Saepe legitur simplex πολλάκι, ἄλλοτε, ἄλλοτε δέ, τότε δέ, τότε δ' αὖ, ἦ καί Al. 322. 376. τῷ καί Al. 88. καί τε σύ γε Al. 110. 171. 239. 230. 268. 323. 433. 563. τῷ δὲ σὺ πόλλακι μέν 128. 385. 546. τῷ μέν 162. 319. 483. δή ποτε δέ 203. 452. ἦ καί που 276. τότε δ' ἄν σὺ καί 325. τῷ δὲ καί 347. ἐν καί πού 373. τῷ σὺ τότ' 511. σὺν δὲ καί 534. καί ποτε 551. καί τε καί 558. Etiam haec liberalis et frequens particularum usus cum optativo consociatarum, abhorrens plane a cauta posteriorum jejunitate, ejusmodi est quod demonstret, hos tres poetas aetatibus haud valde distantibus adscribendos esse Maximique carmen ad Manethonianorum aetatem minime deprimendum. Jam in eo sumus, ut conjunctiones denotemus, quibus Aratus usus est. Saepius legitur ὅτε et ὁπότε cum conjunctivo, semel ὅτε κεν 1033 et ἐπήν ter 582. 796. 1099. Primum particula ἦμος cum conjunctivo conjuncta reperitur apud Arat. Phaen. 606. Dios. 1013. Etiam ἦμος ὅτε adhibuit Phaen. 584 ἦμος ὅτ' ἠελίοιο κατερχομένοιο δύηται. Porro habes ὁππῆμος particulam, quae tantum apud Aratum invenitur Phaen. 568 ὁππῆμος φορεῃσι. Deinde μέχρι Phaen. 430 δείδιθι, μέχρι ἴδηαι. Praeterea legitur εἰ cum conjunctivo quinquies, εἴ κε c. conj. novies, ἤν c. conj. ter, αἴ κε semel Phaen. 426, ὅταν c. conj. 733, ὅτε c. opt. Dios. 1140. 823. ὁπότε c. opt. 120. εἰ c. opt. undecies. Jam his absolutis ad modorum usum pertractandum accedamus. Etiamsi in Arato haud pauca insunt, quae legenti dictionem Hesiodeam in memoriam revocant, quod ad usum modorum attinet, prorsus ab eo deflexit. Hesiodus enim in carmine suo, quod inscriptum est ἔργα καὶ ἡμέραι, ubi constellationibus quibusdam earumque efficaciis descriptis praecepta dat, quid tunc hominibus agendum sit, tantum εἴ κεν, ὅτ' ἄν, ὁπότ' ἄν, εὖτ'

ἄν, ἐπήν, ἐπεί κε particulis cum conjunctivo utitur. Nec injuria. Nam omnibus his locis de iis tantum rebus agitur, quae ex lege naturae temporis perpetuitate certis ac definitis spatiis interjectis necessario eveniunt, cfr. Hes. Op. 448. 458. 465 sq. 543. 564 sq. 571. 597. 609. 614. 618. 644. 728. Arato contra simplex conjunctivus et conjunctivus cum partt. conjunctus prorsus idem significat, ita ut modo hunc modo illum secundum metri necessitatem praeferat. Quam ob causam promiscue utraque conjunctivi forma cum particulis ὅτε, ὁπότε, ἦμος, ἐπήν, ἦν, ὅτε κε, ὅτ' ἄν, αἴ κε consociata utitur in adhortando et suadendo vel dissuadendo Ac saepe conjunctivum simplicem ad eas constellationes describendas ponit, quae necessario certis spatiis interjectis repetuntur. Ubi vero schematum descriptiones per conditionalem particulam εἰ proposuit, etiam ibi optativum adhibere non dubitavit, ubi ex legibus antiquissimorum poetarum conjunctivus desiderari videtur, ita ut hic modus aliquoties tantum metri gratia praeferatur. Jam vero ut appareat, quae adhuc in universum dicenda duximus, ad singulos locos denotandos progrediamur. De ortu siderum ubique conjunctivus simplex cum ὅτε vel ὁπότε partt. conjunctus legitur: Phaen. 559 ὅτ' ἀντέλλῃσιν ἑκάστη ib. 569. 699. 720. Dios. 845. Contra Phaen. 563 εἰ νεφέεσσι μέλαιναι γίνοιντ' ἢ ὄρεος κεκρυμμέναι ἀντέλλοιεν, σήματ' ἐπερχομένῃσιν ἀρηρότα ποιήσασθαι. Semel plane ex antiquissimo canone conjunctivus cum κέ particula conjunctus locum habet in iis rebus sumendis, quarum alterutra necessario fiet. Haec judicandi forma apud posteriores epicos poetas perraro tantum invenitur, semel apud Oppianum Cyneg. 3, 373 et semel apud Quintum 10, 400. Apud Aratum judicium illud disjunctivum exstat hoc loco: Phaen. 420 sq. At metri gratia variare modos, qui quidem diversi ei non erant, hoc loco sibi indulsit: Dios. 794

*εἰ δέ κέν οἱ κεράων τὸ μετήορον εὖ ἐπινεύῃ,*
*δειδέχθαι βορέῳ, ὅτε δ' ὑπτιάῃσι, νότοιο.*

Eandem modorum variationem etiam his locis observare potes: Dios. 926 sq. ib. 913. cfr. Hes. Op. 448. Dios. 1094. ib. 1098. 1064. 847. 796. cfr. Phaen. 582. Dios. 1124. ib. 933. 733. 1068. 1013. 1018. 984. 1005. Phaen. 680. Omnes hi loci mihi

ejusmodi videntur esse, quod demonstrent, conjunctivum simplicem et conjunctivum cum partt. conjunctum Arato diversos non fuisse, immo prorsus idem significasse. Nam et saepius simplicem conjunctivum in adhortando vel suadendo dandisque praeceptis usurpavit et contra conjunctivum cum partt. conjunctum ibi posuit, ubi genus rerum designatur, quae cum experientia praeteriti temporis satis comprobentur, etiam futuro tempore repeti possint, quotiens alia quaedam res evenerit, quae causa fuerit, cur illae prius factae sint. Itaque negari quidem non potest, nonnullos locos eam conjunctivi formam, quae sensui conveniat, sibi adscivisse, velut Dios. 1104 sq. ib. 1116. 1118. ib. 922. Attamen significationis discrimen inter conjunctivum simplicem et conjunctivum cum partt. conjunctum eam ob rem Arato statuendum non est, qui in omnibus enuntiatis temporalibus nudum conjunctivum ponebat, ubi metri gratia poterat, conjunctivum cum partt. conjunctum, ubi debebat. Quae vere disputata esse etiam his exemplis probatur Dios. 973 sq. Dios. 1033 sq. Conjunctivus mihi etiam scribendus videtur Dios. 867 et 870, ubi Bekkerus et Lehrsius indicativum habent:

*οὔ σε μάλα χρὴ περιτρομέειν ὑετοῖο . . .*
*οὐδ᾽ ὅτε οἱ ἐπέχοντι φανήμεναι ἠῶθι πρό*
*φαίνονται* (l. *φαίνωνται*) *νεφέλαι ὑπερευθέες ἄλλοθεν ἄλλαι,*
*ἄῤῥαντοι γίνονται* (*γίνωνται*) *ἐπ᾽ ἤματι κείνῳ ἄρουραι.*
*μηδ᾽ αὔτως, ἔτ᾽ ἐόντι πέρην ὁπότε προταθεῖσαι*
*ἀκτῖνες φαίνονται* (l. *φαίνωνται*) *ἐπίσκιοι ἠῶθι πρό,*
*ὕδατος ἢ ἀνέμοιο κατοισομένου λελαθέσθαι.*

Nam et in omnibus modo allatis enuntiationibus particulis *μηδ᾽ ὅτε* vel *οὐδ᾽ ὅτε* institutis conjunctivus regnat, et in his nostri simillimis: Dios. 840 sq., ubi enuntiatione conditionali praegressa haec verba sequuntur: *μηδ᾽ ὅτε οἱ ὀλίγη νεφέλη πάρος ἀντέλλῃσιν, τὴν δὲ μέτ᾽ ἀκτίνων κεχρημένος αὐτὸς ἀερθῇ, ἀμνηστεῖν ὑετοῖο*, et ib. 983 ubi promiscue primum enuntiationes particulis *μηδ᾽ εἴ κεν*, *μηδ᾽ ἢν* institutae ponuntur et tunc sequuntur: *μηδὲ σύ γ᾽ ἢ χύτρης ἠὲ τρίποδος πυριβήτεω, σπινθῆρες ὅτ᾽ ἔωσι πέρι πλέονες, λελαθέσθαι, μηδὲ ὁπότ᾽ . . λάμπηται . . σήματα* etc. Bis reperitur optativus in enuntiatis tem-

poralibus, et quidem optativus optantis, sola tamen metri necessitate illatus: Dios. 822 sq.:

μή οἱ ποικίλλοιτο νέον βάλλοντος ἀρούρας
κύκλος, ὅτ᾽ εὐδίου κεχρημένος ἥματος εἴης.

Eandem ob causam optativum retinuit etiam hoc loco Phaen. 120:

ἀλλ᾽ ὁπότ᾽ ἀνθρώπων μεγάλας πλήσαιτο κολώνας,
ἠπείλει δὴ ἔπειτα καθαπτομένη κακότητος sq.

Itaque optativum φαίνοι Dios. 1139 sq. prorsus Arati consuetudini refragari jam per se patet. Praeterea autem animadvertendum est, verbum apparendi tantum vocabulo φαείνω a poeta nostro exprimi, vid. Phaen. 450. Dios. 789. 830. 905. Itaque etiam hanc ob causam locus ille jam a Bekkero uncis inclusus subdititius judicandus est. Jam loci afferendi sunt, ubi schematum descriptiones etiam optativo proponuntur et quidem semper cum particula conditionali εἰ consociato. Antiquiorum poetarum aliquis fere omnibus his locis conjunctivum cum partt. conjunctum adhibuisset, quippe quod plerumque de iis constellationibus agatur, quas certo quodam futuri temporis momento eventuras esse exspectetur; quam ob rem poeta etiam adhortatur vel suadet, quid sit hominibus faciendum, ubi primum signa illa in coelo apparuerint. Itaque in omnibus his locis optativum non sui ipsius causa ad rem aliquam mere cogitatam proferendam positum esse, sed tantum propter εἰ particulam, cui, ut constat, ille modus proprius est, per se patet. Dios. 905. Dios. 825 sq. et ib. 858 sq. Hoc loco poeta primum in enuntiatione conditionali optativum, tum conjunctivum posuit, cui optativi forma ἑστήκοιεν plane inaudita fuisset; at conjunctivus ἑστήκῃ reperitur Od. χ 469 ed. Bekker. Dios. 872 sq. ib. 887. 792. 838. Phaen. 729 sq. Item habes optativum cum εἴ κε particulis conjunctum Phaen. 431. Dios. 850, ubi forma illa optativi in -αι terminantis legitur, quam apud posteriores Epicos prorsus evanuisse constat. Eadem optativi forma mihi etiam scribenda videtur Dios. 1001, ubi Bekkerus et Lehrsius conjunctivum κρώζῃ habent, scribe κρώξαι. Participii hujus aoristi reperitur Dios. 968 forma illa ex Homerico sermone satis nota dualis κρώξαντε, ubi exspectas pluralem, vid. Loebe de eloc. Arati p. 17. Porro etiam his locis, si quidem Ara-

teus sermo sibi ipsi respondens reddendus est, medicina petenda videtur. Ac primum quidem conjunctivum extinguendum puto et scribendum optativum Dios. 788 sq.:

*εἰ δέ κ' ἀπ' ἀμφοτέρων κεράων τρίτον ἦμαρ ἄγουσα*
*μήτ' ἐπινευστάζῃ* (l. — *οι*) *μήθ' ὑπτιόωσα φαείνῃ* (l. *φαείνοι*),
*ἑσπέριοί κ' ἄνεμοι κείνην μετὰ νύκτα φέροιντο.*

Cfr. ib. 905. Item Dios. 811 *εἰ δέ κέ μιν περὶ πᾶσαν ἁλωαὶ κυκλώσωνται* (l. *κυκλώσαιντο*) sq. Deinde conjunctiones mutandae videntur, et quidem pro *εἰ* particula *ἤν* scribenda Dios. 840 *εἰ* (l. *ἤν*) *δέ οἱ ἢ ἀνιόντος ἢ αὐτίκα δυομένοιο ἀκτῖνες συνίωσι καὶ ἀμφ' ἑνὶ πεπλήθωσιν, ἤ ποτε καὶ νεφέων πεπιεσμένος ἢ ὅγ' ἐς ἠῶ ἔρχηται παρὰ νυκτὸς* etc. propter sequentes vocales; quam ob causam eadem particula *ἤν* etiam legitur Dios. 929. Contra vix dubito, quin Dios. 854 pro *ἤν* particula legenda sit *εἰ μὲν ὑποσκιάῃσι μελαινομένη εἰκυῖα ἠέλιον νεφέλη* sq. Nam particularum conjunctio *ἢν μέν*, hoc loco excepto, omnino non apud Aratum invenitur; contra *εἰ μέν* habes Phaen. 420. Dios. 872, praeterea *εἴ γε μέν* Dios. 838. 887. 988 et *εἰ δ' ὁ μέν* ib. 905. 858. Conjunctivus *ὑποσκιάῃσι* autem metro postulatur. Ut igitur hoc loco longior conjunctivi forma in -*ῃσι* desinens metri gratia praelata est, ita eandem ob causam conjunctivus et quidem in -*ηται* terminans necessario ponendus erat Dios. 988 *εἴ γε μὲν ἠερόεσσα παρὲξ ὄρεος μεγάλοιο*
*πυθμένα τείνηται νεφέλη, ἄκραι δὲ κολῶναι*
*φαίνωνται καθαραί, μάλα κεν τόθ' ὑπεύδιος εἴης,*

et ib. 903 *εἰ δὲ μελαίνηται* sq. Sed ob accuratam Homeri imitationem conjunctivum retinuit Dios. 770. cfr. Il. *Θ* 142. et *Ι* 254. Semel exstat conjunctivus simplex in comparatione Phaen. 344 sq. Denique bis habes optativum cum *κέ* particula conjunctum in enuntiatione relativa Phaen. 11 et ib. 463.

Jam absoluto Arati usu in modis ponendis procedamus ad

2) Maximum, qui leges, quas ille sibi scripserat, prorsus tenebat data opera ac simplici ratione adhibebat. Perpauca tantum apud eum enuntiationes temporales reperiuntur et quidem particulis *ὅτε*, *ὁπότε*, *ὅτ' ἄν*, *εὖτε* institutae. In omnibus regnat conjunctivus: 528. 80. 147. 250. Haec exempla jam demonstrant, quam procul ab antiquissimorum poetarum in mo-

dis ponendis subtilitate Maximus absit, cui conjunctivus simplex et conjunctivus cum partt. conjunctus plane idem significant. Nam sola metri necessitate ὅτ' ἄν particulas usurpavit 226 et 52. Eandem ob causam optativus locum habet 205:

οὐ μὲν δὴ κυέουσαν, ὅτ' ἀμβλώσειε, γυναῖκα
ῥεῖά κεν οὐδ' αὐτὴ Παιηονὶς ἰήσαιτο,

ubi ne putes optativum positum esse ad rem mere cogitatam proferendam, confer mihi hos locos, ex quibus luculentissime apparet, quam valde conjunctivus, deliciae poetarum hujus seriei, jam regnum suum dilataverit atque adeo penitus optativi fines ingressus sit: 120. 450 sq. Similis est ratio loci 991 Arati Dios. Hi loci demonstrant, in omnibus enuntiationibus particulis ὅτε, ὁπότε, εὖτε institutis apud Aratum et Maximum conjunctivum et simplicem et cum partt. conjunctum prorsus regnare atque etiam ibi regnare, ubi ex antiquissima consuetudine optativum exspectares. Jam perventum est ad enuntiationes conditionales, quibus frequentissime schematum descriptiones proponuntur. Ut a conjunctionibus incipiamus, habes simplicem particulam εἰ c. opt. et quidem saepissime, rarius ἤν cum conjunctivo, ut decet, deinde εἴ κεν, εἰ δ' ἄν. Porro animadvertas has particularum conjunctiones εἰ δέ τε, εἰ δέ κε, εἰ μέν γε, ἤν δέ γε et ἤν δέ νυ. Etiam in enuntiatis conditionalibus conjunctivus simplex et conjunctivus cum partt. conjunctus sine ullo significationis discrimine adhibentur. Contra εἰ particulam cum optativo posuit atque etiam ibi posuit, ubi ex legibus vulgo quae feruntur conjunctivus desiderari videtur, ita ut hic modus locum illius aliquoties tantum occupet, ubi metro necessitate postulatur. Quam ob rem non mirum videtur, tantum longiores illas conjunctivi formas in -ησι et -ηται desinentes in enuntiatis εἰ particula institutis reperiri. Jam ipsos locos denotemus: 54 εἰ μὲν γὰρ κακοεργοὶ ἐπ' ἀκτῖνας τανύσαιντο, δείδιθ' ὁδοιπλανίην. 70. 168. 509. Plane eadem est ratio horum locorum: 1. 8. 18. 71. 91. 102. 123. 127. 131. 160. 168. 180. 183. 204. 208. 231. 253. 256. 257. 320. 347. 355. 367. 389. 393. 412. 415. 425. 427. 433. 484. 509. 520. 535. 544. 561. 567. 580. 589. Omnibus his locis schematum descriptiones per conditionalem particulam εἰ et quidem tantum cum optativo

conjunctam proponuntur. Porro habemus εἴ κε cum optativo: 43. 298. 11. 360, ubi ἀθρήσαις legitur cfr. 375. quam optativi formam in Manethonianis frustra quaesiveris 375. 520. 231. 341. 350. 146. *Εἰ δ' ἄν* cum optativo semel legitur 370. Huic constanti optativi usui post εἰ particulam refrangantur loci nonnulli, in quibus sine dubitatione conjunctivus extinguendus et scribendus est optativus: 191, scr. *συμφορέοιτο*, qui optativus legitur. 208. 267 scr. *ὁμοδρομέοι* versus 589 auctoritate nisus 341 scr. *ἰχνεύοι*, qui optativus reperitur 367. Item optativus scribendus videtur 25 et 136. Contra promiscue cum optativo et conjunctivo εἰ particulam posuit poeta noster metri gratia his locis 43 sq. 82 sq. 280 sq. 433 sq. Porro etiam his locis metro exigebatur conjunctivus, sed tantum cum formis ησι et ηται; cum illis quidem 97. 155. 174. 216. 225. 241. 280. 305. 403. 434. 466. 568. 584. 587. 590. 593. 596. 603, cum his contra 16. 262. 382. 476. 564. Rarius schematum descriptiones per ἤν particulam cum conjunctivo proponuntur, nullo quidem significationis discrimine exstante a conjunctivo simplici vel ab optativo in enuntiatis particula εἰ institutis, id quod quivis aspiciens cognoscet. Sed ne in hanc partem aliquid laboris praetermisisse videamur, confer mihi 123, 346, 402. Reliqui loci, ubi ἤν particula legitur, hi sunt: 61. 63. 72. 113. 118. 129. 150. 179. 186. 288. 315. 327. 332. 337. 340. 346. 368. 373. 397. 503. 531. 577. 606. Semel ob metrum optativus post ἤν particulam reperitur 422 *οὐδ' ἤν Ἰφίκλοιο θοώτερος αὐγάζοιο*. Bis habes optativum in enuntiationibus relativis 583 et 599. Sed metri gratia conjunctivus ferendus est 210. Cognito igitur Maximi usu in modis ponendis, recentiorum Alexandrinorum temporibus adjudicandum eum esse et quidem post Nicandrum ponendum, quocum multis in rebus consentire jam Köchlyus in praef. ad Max. p. LXIII ostendit, luce clarius videtur. Id quod eo magis concedes, ubi consideraveris, quam plane liberalis haec optativi consuetudo a posterioribus poetis inde ab Oppiano abhorreat, qui ubique conjunctivum ponere solent in enuntiatis et temporalibus et conditionalibus, ubi metri gratia possunt, optativi vero longiores formas in -ειε, -ειεν, -ειας terminantes tantum usurpant, ubi secundum metri necessitatem

debent. Sed aliud etiam accedit argumentum, quo nostra sententia firmatur, dico infinitivum imperativi vice positum, quem a posteriorum epicorum consuetudine plane fere alienum fuisse satis constat. Liceat singulos locos enumerare. Utitur Aratus infinitivo pro imperativo Phaen. 168. 565. Dios. 795. 803. 804. 813. 847. 852. 871. 883. 896. 907. 925. 928. 984. 1036. 1128. Apud Nicandrum haec sunt exempla Ther. 105. 109. 121. 498. 500. 507. 526. 527. 560. 562. 564. 572. 590. 604. 625. 643. 650. 665. 676. 684. 693. 705. 706. 708. 713. 913. 918. 927. 932. 947. 952. 956. Alex. 58. 305. 331. 350. Apud Maximum habes: 46. 61. 70. 97. 119. 149. 249. 293. 491. 498. 500. 505. 510. 511. Apud sequentes epicos vix dici potest quam raro infinitivus imperativi vice fungens inveniatur. Ab Manethonianis hunc usum exsulare Köchlyus ad Max. p. 63 observavit. Apud Oppianum *τὸν Ἁλιευτικόν* haec inveni exempla: 3, 53. 57, apud Oppianum Cynegeticorum scriptorem: 1, 162. 437. 2, 3. 4, 75. 76. 4, 433. 434. Apud Orpheum haec habes: Argon. 86. 548 sq. Lith. 211. 238. 371. 415. Apud Quintum: 4, 297. 9, 393. 12, 51 sq. 12, 29 sq. Jam perventum est ad

3) Nicandrum. Ac primum quidem ut ex conjunctionibus nonnulla delibem, Nicander et Maximus consentiunt in particula *ἤν* saepius adhibita, Ther. 445. 779. 915. Alex. 157. 249. 312. 364. 495. 537. 567, quae apud Aratum perraro legitur, deinde in particula *εὖτε* cum conjunctivo, Ther. 4. 791. 807. Alex. 60. 168. 208. 523, quae apud Aratum omnino non reperitur. Porro apud Nicandrum habemus: *ἦμος* cum conjunctivo, Ther. 23 *διώξεαι*, *ἦμος εὕδῃς*. ib. 830, et *ἦμος ὅτε*, quarum utraque etiam apud Aratum locum habet, Ther. 936; atque adeo *ἦμος ὅταν* particulas conjunxit Ther. 74. *Ὅτε* et *ὁπότε* cum conjunctivo saepe reperiuntur, bis etiam *ὅτε* cum optativo Alex. 77. Ther. 46. Porro animadvertas: *ἔστ᾽ ἄν*, *ὅταν*, *εἰσόκε*, *ὁπόταν*, *εὖτ᾽ ἄν*, *ἐπήν* cum conjunctivo saepius, *εἴ γε μέν* cum optativo Ther. 80, cum conj. ib. 98, *εἰ δέ που* 115, *εἰ δέ* 409, etiam *ἤν γε μέν* Alex. 157. 567, *εἰ δὲ σύ γε* cum opt. Ther 87. 689. In modorum usu Nicander jam proprietates nonnullas sibi adsumsit et licentiae suae, ut videtur, indulgere, quam legibus epicae poeseos usque adhuc communibus sese subjicere

maluit, ita ut etiam in hanc partem jure Bernhardyus hist litt. graec. IIb. p. 644 de eo disserat: „Er beweist kein poetisches Talent, nicht einmal sicheres Sprachgefühl.“ Id vero, quo ab aliorum hujus seriei poetarum consuetudine recedat, recentiores omnes sibi elegerunt exemplar, quod sequerentur, ac prorsus legem constituerunt. Optativus cum ἄν vel κέ partt. conjunctus nusquam apud eum legitur in enuntiationibus secundariis, ne in relativis quidem, ubi apud alios poetas modum illum regnare vidimus. Semel tantum Ther. 85 optativum simplicem animadvertas et quidem cum longiore illa in -ειαν exeunte forma: ἢν κατατρίψειαν. Conjunctivus cum ἄν vel κέ partt. conjunctus in dandis praeceptis legitur his locis: Ther. 106 ib. 112 703. 915 925. 341. 695. Alex 64 sq. 115. In rebus venenatis vel morsibus bestiarum indicandis simulque commendandis remediis, quae adhibenda sint, ubi certa apparuerint symptomata, Nicander usus est conjunctivo cum ἤν particula conjuncto: Alex. 157 sq. 249 sq. 312 sq. 364 sq. 495 sq. 537 sq. 567 sq. Sola metri necessitate hanc particulam cum ὅτε commutavit Alex. 495 sq. Et duobus locis εὖτε et ὁππότε particulis utitur sine ullo significationis discrimine: Alex. et ib. 433. Porro etiam simplex conjunctivus cum ὅτε vel ὁπότε partt. consociatus legitur in adhortando et dissuadendo: Ther. 121 sq. ib. 128 sq. et v. 137 sq. ib. 524 sq. Alex. 59. 109 sq. In enuntiatis conditionalibus particula εἰ institutis semel tantum reperitur optativus Ther. 689 sq. Quo loco excepto conjunctivus etiam in his enuntiationibus dominatur, ut ab Schneidero quidem verba poetae nostri constituta sunt: Ther. 98 ib. 115. 409. At uno loco Ther. 87 εἰ δὲ σύ γε τρίψας ὀλίγῳ ἐν βάμματι κάμπην

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

γυῖα πέριξ λιπάσειας, ἀναίμακτός κεν ἰαύοις

optativum ponere maluit caesurae trochaicae causa, quam apud Nicandrum satis frequentem esse Lingenberg Quaestt. Nicand. p. 6 ostendit. Sed persaepe utitur poeta noster conjunctivo simplici vel, prout metrum postulat, conjunctivo cum partt. conjuncto in enuntiationibus particulis ὅτε, ὁπότε, εὖτε, ἦμος institutis et in enuntiatis relativis, ut genera bestiarum describat earumque proferat proprietates: Ther. 179 ὅτε προσμάξηται,

4*

contra ib. 164 sq., ὅταν ἀθρήσῃ, ib. 271. 275 sq. 335 sq. 377—388. 735. 762 sq. 791. 807 sq. 829 sq. Alex. 167 sq. ib. 220. 519. 426. 523. Ther. 200. 424. 450. Alex. 468 sq. Contra optativum habes iterum caesurae trochaicae causa Ther. 46:

ἔσβεσε δ' αὐγήν,
τυτθὸν ὅτ' ὀδμήσαιτο ἐπιχρανθέντος ἐλαίου.

Recte se habet conjunctivus cum partt. conjunctus his locis: Ther. 206 ib. 367. 389 sq. In enuntiationibus, quae dicuntur καθ' ὑπερβολήν, particularum conjunctiones καὶ ἤν et καὶ ὁππότε leguntur, quae ab usu Homerico prorsus alienae sunt: Ther. 445 ib. 779. 777. Semel conjunctivus locum habet in comparatione Ther. 422. At uno loco optativo utitur, ubi conjunctio ὅτε, etiamsi non argumentum totius comparationis incipit, tamen singularem conditionem adjiciens ornandae et describendae imagini inservit Alex. 75 sq. Jam igitur ad finem perducta quaestione de Nicandri consuetudine multo eum insolentiorem, quam alii, laxioremque struendi rationem admisisse apertum est, ita ut quodammodo in medio positus appareat inter hos et sequentes poetas. In eo enim, quod conjunctivum adjecta vel omissa particula promiscue ac metri plerumque commoditate invitatus usurpavit, plane cum Arato et Maximo consentit. Eo autem, quod conjunctivi usum etiam in enuntiationibus conditionalibus praevalentem reddidit et caesurae trochaicae causa aliquoties optativum adhibuit, traducit quodammodo ad tertiam quam constituimus sectam epicorum poetarum, quam jam contemplaturi sumus.

### C. *De Oppianis, Manethonianis, Orpheo, Quinto.*

Hanc classem a priore multo rariore optativi usu differre jam supra commemoravimus. Sed priusquam ad ipsos poetas percensendos progredimur, nonnulla de conjunctivi et optativi usu in enuntiatis liberis disserere placet, quippe quo satis probabiliter demonstretur, recte nos mutationes illas varias, quas temporum successu disciplina epicae poeseos experta sit, his quos indicavimus finibus circumscripsisse. Quam frequens optativi usus apud Aratum, Nicandrum, Maximum sit, jam p. 41 sq. ostendimus, atque ita frequens est, ut conjunctivus fere prorsus

ab eorum consuetudine abhorreat. Apud Aratum semel tantum hic modus reperitur Phaen. 1, apud Nicandrum bis Ther. 128, Alex. 397, apud Maximum 44. Apud Apollonium et Callimachum longe longeque plura sunt conjunctivi exempla. Haec enim observavi in Apollonii carminibus, ubi plane Homericos fines explet. Habet conjunctivum adhortativum eumque affirmative: 1, 23 360. 658. 676. 2, 152. 689. 1052. 3, 25. 26. 896. 909. 4, 86. 257, deinde negative: 1, 1332. 2, 219. 326. 3, 186. 982. 1038. 1040. 4, 745 823. 860. 861. 1583. Conjunctivus futuri sensu praeditus legitur 3, 770. νῦν ἔνθα κακῶν ἢ ἔνθα γένωμαι; (cfr. Il. *Α* 262. Od *δ* 240. *π* 437). Porro optativi et quidem optantis haec habemus exempla: 1, 903. 3, 467. 468. 692. 788. 1100 1110. 1112. 1115. 4 31. 32. 383. 1024. 1458. 1772. Deinde optativi ejusdem, qui fere imperativi vice fungitur 1, 22. 423. 3, 525. 640 786. 4, 249. 382. 1013. 1085 sq. 1272, et cum μή particula positi 3, 562. 728. 4, 91. 1077. Persaepe legitur optativus cum partt. ἄν vel κέ conjunctus: 1, 20. 297 701. 726. 765. 829. 836. 1220. 2, 57. 226. 230. 261. 339. 417. 806. 811. 976. 1061 1147. 1159. 1209. 3, 35. 75. 91 132. 144. 267. 359. 389. 401. 437. 494. 510. 537. 539. 719 783. 797. 847. 848. 899. 989. 995. 1043 1046. 1057. 4, 381. 401. 502. 834. 1096. 1101. 1254. 1327. Multo minus optativum mere posuit, ubi fere ἄν vel κέ addi solet: 1, 352. 422. 920. 3, 79. 355. 849. 4, 385. 386. Hujus optativi apud Callimachum hi sunt loci: ad Apoll. 26. 27. Optativum cum partt. conjunctum habemus: ad Jov. 1. 62. 92. ad Apoll. 31. 50. 51. 53. 54. ad Dian. 31. 85. 104. 177. Porro optativi optantis haec reperiuntur exempla: ad Jov. 69. ad Ap. 113. in Dian. 136 sq., deinde optativi ejusdem, qui fere imperativi vices tenet: in Del. 163, part. μή adj., ib. 181. 240. 241. in lav. Pall. 141. Conjunctivum adhortativum eumque affirmative scripsit Callim. in Dian. 2. in Del. 179, deinde negative in Dian. 260. in Del. 238. in Cer. 4. 18. Apud recentiores Epicos inde ab Oppiano modorum usus et potissimum quidem optativi in enuntiatis liberis, comparatus ille cum recentiorum Alexandrinorum abundantia, simplicissimus est eoque simplicior, quo propius ad Nonnum accedunt. Plerumque legitur indicativus. Conjunctivum futuri sensu praeditum

semel tantum animadvertas apud Manethonianos *Δ* 4 *ἐξονομήνω*. Conjunctivi adhortativi et quidem affirmative positi apud Oppianum *τὸν Ἁλιευτικόν* nulla reperiuntur exempla: apud Oppianum Cynegeticorem scriptorem haec habes: 1, 20 2, 44. 3, 5. 7. 183. 504. 4, 4, apud Orpheum Argon. 392, apud Quintum 1, 218. 413. 6, 607. 12, 223. 1, 499. 4, 87. 7, 223 8, 471. 4, 108. 2, 21. 153. 10, 11. 9, 537. 2, 257. 9, 279. 3, 191. 519. 523. 4, 84. 105. 5, 157. 6, 447. 20. 30. 65. 605. 7, 221. 8, 456. 458. 10, 40. 14. 12, 81. 13, 344. 14, 345. Porro habemus conjunctivum adhortativum negative apud Oppianum Cyneg. auct. 1, 28. 29., apud Oppianum Hal. script. nullum exstat exemplum, neque ullum invenias apud Orpheum; in Quinti carminibus haec sunt: 1, 419. 2, 28. 49 sq. 9, 102. 314. 10, 285. 299. 12, 19. 70. 60. 241. 14, 440. Apud Manethonianos conjunctivus praeter locum supra allatum omnino non legitur in enuntiatis liberis. Bis observavi conjunctivum cum *κέ* particula conjunctum apud Orpheum Arg. 1174. Lith. 72, semel apud Dionysium Perieget. 257. Multo frequentior est optativi usus et quidem optantis pro imperativo positi apud Oppianum Hal. 1, 73. 77. 2, 40. 219 sq. 221. 3, 2. 42. 45. 47 sq. 66. 181. 192 sq. 341. 344. 348. 4, 6. 29. 413 sq. 439. 445. 608. 611. 5, 44. 99. 224. 339 sq. 349. 569. 676. 679. In Cyneg. haec habes: 1,9. 45. 78. 86. 89. 91. 95. 96. 98. 100. 129. 147. 179. 180. 181. 182. 2, 176. 187. 192. 194. 202. 307. 316. 412. 511. 3, 84. 4, 70 sq. 78. Maneth. *στ.* 3. 11. 349. *α* 1. Orph. Lith. 165. 254. Quint. 1, 432. 12, 240. 298. Porro optativi cum partt. conjuncti in Oppiani Halieuticis hi sunt loci: 1, 81. 218. 2, 111. 146. 209. 432. 473. 479. 594. 3, 299. 4, 369. 475. 490. 550. 577 602. 5, 29. 245. 368. 418. 487. 524. 542. 553, in Cynegeticis: 1, 442. 2, 87. 251. 373. 380. 516. 529. 606 (l. *στυγέοι*) 3, 218. 235. 355. 359 sq. 402. 4, 12. 14. Maneth. *β* 200. *στ.* 261. 541. 630. 734. Orph. Lith. 21. 231. 241. 246. 324. 411. 652 sq. Quint. 1, 216. 2, 517. 565. 3, 556. 5, 13. 6, 17. 9, 195. 544. 7, 650. 11, 199. 362. 14, 473. Porro optativi omissa particula in Halieuticis haec habes exempla: 1, 194. 3, 276 sq.; contra Cynegeticorum auctor plurima praebet: 1, 93. 94. 108. 280. 398. 403. 439. 449. 2, 33. 184. 358. 362. 364 *φαίης* pro usitato *φαίης κε*. 554 sq. 3, 77. 271. 345. 4, 156. Maneth. *β* 83.

*στ.* 113. 338. 430. Apud Orpheum nullum ejusmodi exemplum est. Quint. 2, 53. 6, 78. Denique optativi mere optantis in Oppianorum et Manethonianorum carminibus nullum observavi exemplum. In Orphei Argonauticis unum est v. 3, in Quinti Posthomericis octo: 1, 129. 3, 482. 4, 40. 5, 470. 9, 92 sq. 383. 10, 315. 14, 311. Jam si liceat ea, quae disputavimus, paucis comprendere, poetas inde a Callimacho usque ad Quintum secundum mutationem, quam conjunctivi et optativi usus in enuntiatis liberis expertus sit, in tres illas classes quas constituimus necessario distribuendos esse apparet. Apud Apollonium et Callimachum uterque modus aequo fere numero eademque invenitur proportione. Tum apud Aratum usque ad Maximum conjunctivus fere exsulat, optativus abundat. Denique apud poetas tertiae seriei et conjunctivus et optativus magis magisque evanescunt, ita ut pateat, quo quis recentior sit, eo magis eum ab iis abstinuisse eorumque in loco indicativo usum esse.

His absolutis ad singulos poetas percensendos progrediamur. Quamquam in enuntiationibus secundariis jam apud Nicandrum multo praevaluisse conjunctivum vidimus, nunc apud Epicos inde ab Oppiano usque ad Quintum prorsus dominatur, ita ut in omnibus cujusque generis enuntiationibus usurpetur, ubi non metri necessitate optativus postulatur. Ut poetis secundae classis conjunctivus simplex et conjunctivus cum partt. conjunctus diversi non erant, ita his inter conjunctivum et optativum nullum exstat significationis discrimen, immo uterque modus sola metri ratione habita adhibetur. Itaque mirandum non est, quod optativus et potissimum quidem cum longioribus illis in *-ειας*, *-ειε*, *-ειεν* desinentibus formis, quae metro se facile accommodabant et suo loco cum conjunctivis mutari non poterant, inde ab Oppiano etiam in rebus mere futuris atque adeo post *ἤν*, *ὅταν*, *εὖτ' ἄν* particulis legitur, ubi usque ad illud tempus tantum conjunctivus reperiebatur. Contra optativi illae in *αις* et *αι* exeuntes formae plane in oblivionem abierunt earumque locus a conjunctivis in *ῃς* et *ῃ* aut ab optativis in *οις* et *οι* terminantibus occupatus est.

D i o n y s i u s P e r i e g e t e s perpauca tantum praebet exempla conjunctivi et optativi in enuntiationibus secundariis. Multo

frequentior optativi cum ἄν vel κέ partt. conjuncti usus est in enuntiatis liberis. Hi sunt loci: 156. 172. 238. 277. 342. 371. 390. 478. 493. 556. 581. 592. 627. 646. 648. 666. 671. 673. 720. 757. 781. 813. 834. 851. 881. 885. 896. 991. 1054. 1075. Porro optativum mere posuit, ubi fere ἄν vel κέ addi solet: 158. 707. 799. 826. 891. 994. Optativi optantis unum est exemplum: 1186. Deinde ejusdem imperativi vice positi: 62. 447. 651. 718. 742. Semel conjunctivus legitur 256 οὐκ ἂν ἴδῃαι, pro quo optativum ἴδοιο habes 371. 670. cfr. 666. Quod ad conjunctiones attinet, tantum reperitur εἴ κε 275 et εἰ cum optativo 884, ὁπότε 481 et ὁπόταν 587. 670, cum conjunctivo. V. 481. particula ὁπότε metri gratia pro ὁπόταν usurpata est, id quod intelleges, si hunc locum comparaveris cum v. 587 sq. In enuntiatis relativis optativus legitur. 750. 674. 741. 985. Eadem ratione usus est

Scymnus in Periegesi, ubi v. 813 ἀδικήσαι reperitur: ὧν οὐδὲ εἷς ἔμψυχον ἀδικήσαι ποτ' ἄν. Ibi etiam optativus semel locum habet in enuntiatione conditionali εἰ particula instituta v. 910. Sed in tanta exemplorum paucitate certae sectae hos duos poetas adjudicare non ausus sim, quamquam concedendum est, modorum usum et quidem optativi in enuntiatis conditionalibus εἰ part. institutis et in relativis, tum conjunctivi in enuntiatis temporalibus plane cum consuetudine secundae classis poetarum inde ab Arato usque ad Maximum congruere.

Apud sequentes Epicos, Oppianos, Manethonianos, Orpheum, Quintum, in omnibus enuntiationibus conditionalibus, temporalibus, relativis, interrogativis tantum conjunctivus legitur et simplex et cum partt. conjunctus. Particulae adjiciuntur vel omittuntur, prout metrum postulat. Attamen longiorem conjunctivi formam in ῃσι desinentem, quam valde in deliciis fuisse poetis antiquioribus jam Köchlyus Praef. ad Max. p. 63 ostendit, hujus seriei poetae ponere noluerunt, quia longiores in -ειας, ειε, -ειεν terminantes optativi formae aderant prorsus idem significantes atque illae conjunctivi. Denique metrum est, quod optativum postulat: 1) ubi conjunctivus pro versus necessitate locum habere non potest, velut

Marcellus Sidet. 70 sq.
ἧπαρ δ' αὖτε χολή τε φιλοσκοπέλου θύννοιο
οὐκ ἐᾷ ὄρνυσθαι θαμινὰς τρίχας ἐν βλεφάροισι,
νυσσούσας εὖτ' ἄν κε τριχηλάβῳ ἐξερύσειας.

Hanc igitur ob causam poetae hujus seriei etiam variare modos, quippe qui diversi iis non essent, saepius indulserunt. Deinde 2) optativus praefertur caesurae trochaicae causa, velut Marcell. 77 ἥν τις ἑλὼν τήξειεν ἐλευσινίου μετὰ κηροῦ. Jam ad singulos poetas contemplandos procedamus, ac primum quidem

1) Oppianos pertractemus. Initium faciamus de particulis. Halieuticorum auctor εὖτε particulam et quidem plerumque εὖτε γάρ fere duplo frequentius adhibuit, quam εὖτ' ἄν cum conjunctivo; illam animadvertas 1, 161. 324. 653. 769. 2, 134. 437. 560. 3, 133. 1, 208. 758. 778. 2, 150. 454. 521. 3, 280. 4, 49. 93. 218. 240. 313, hanc 1, 49. 289. 595. 2, 629. 3, 126. 144. 160 435. 611. 4, 331. Cynegeticorum scriptor habet εὖτε cum conj. 1, 351 εὖτε γάρ, 3, 457 εὖτε δέ, 3, 361 εὖτ' ἄν. In Halieuticis saepe reperitur ὅτε particula et quidem plerumque ἀλλ' ὅτε cum conj. 1, 203. 332. 343. 350. 630. 664. 736. 2, 191. 237. 568. 607. 3, 260. 292. 449. 520. 614. 4, 191. 297. 385. 5, 160. 304. 483. 490. 508. 546. 624. 643. 1, 429 οἱ δ' ὅτε, idem 3, 239 et 4, 511. 5, 227 τὸν δ' ὅτε, semel ἀλλ' ὅτε δή 3, 419, simplex ὅτε 1, 432. 527. 670. 741. 2, 108. 527. 3, 536. 621. 632. 5, 44. 358. In Cynegeticis legitur ἀλλ' ὅτε δή ter 1, 406. 518 2, 255, ἀλλ' ὅτε sexies 2, 50. 79. 225. 236. 374. 3, 397, simplex ὅτε 1, 59. 138. 358. 2, 76. 349. 3, 149, semel τὴν δ' ὅτε 3, 439 et semel καί ῥ' ὅτε 3, 201. Particula ὅτε κεν in Cynegeticis omnino non exstat. Sed Halieuticorum scriptor usurpavit 1, 753. 3, 117. 4, 404. 5, 61. Contra Cynegeticorum auctor habet, quod apud hunc non invenitur, ὁπότε κε 2, 171. In Halieuticis legitur ἀλλ' ὁπότ' 1, 458. 5, 182. οἱ δ' ὁπότ' 2, 546. ἀλλ' ὁπόταν 3, 138. 5, 442, in Cynegeticis ἀλλ' ὁπότ' 1, 105. 4, 357, τῶν δ' ὁπότ' 3, 99, τὰ δ' ὁππότε 3, 308, οἱ δ' ὁπότ' 4, 134, sed simplex ὁπότε 1, 216. 332. 350. 2, 50. 322. 387. 428. 464. 3, 77. 382. 404. 412, semel ὁπόταν 3, 242. Amat Halieuticorum auctor εἰ γάρ 2, 214. 297. 426. 431. 490. 3, 371. 5, 396. 446, quod in Cynegeticis non exstat.

Omnino ille uberius conjunctionem εἰ cum aliis particulis conjunxit, quam hic. Halieutica enim exhibent ἀλλ' εἰ 1, 265. 5, 387, εἰ μὲν γάρ 5, 125, εἴ πως 2, 270, καὶ εἰ 2, 489. 3, 179. 475. 4, 369. 5, 382. εἰ καί 4, 133, saepius simplicem εἰ part. In Cynegeticis autem occurrunt εἰ δέ νύ τοι 2, 356, ἀλλ' εἰ καί ποθ' 3, 258, οὐ δ' εἰ 1, 510. Ἤν particula nusquam cum aliis conjuncta legitur in Cynegeticis; in Halieuticis habes ἤν δ' ἄρα 1, 574, ἤν γάρ 4, 579. Contra Cynegeticorum auctor usus est αὐτὰρ ἐπήν 2, 280. 3, 180; in Halieuticis nihil nisi simplex ἐπήν reperitur 2, 116. 3, 67. 478. 4, 616. Denique Halieuticorum scriptor adhibet αἴ κε 1, 56. ἡνίκα cum conj. 1, 287. 2, 391. 3, 365. πρίν cum conj., quod primus ita usurpavit inter Epicos; item novavit ἄχρι cum conj. 2, 98, ἕως cum conj. 4, 306, μέσφα cum conj. 5, 586 et μέσφα κε 1, 754; etiam πρίν γ' ὅταν reperitur 1, 667, quod aeque ac ἡνίκα inde ab Homero inter epicos poetas in usu non fuerat. Omnia haec in Cynegeticis nusquam occurrunt. Liceat hoc loco, ut intellegas, quanta etiam in particularum usu inter utrumque carmen differentia intercedat, nonnulla de particulis iis disserere, quae spectant ad membrorum jungendorum rationem. Halieuticorum auctor ubi non solum duas res tempore tantum succedere, sed etiam causali quadam connexione cohaerere significare vult, ut quae post alteram sequatur, etiam ex ea quodammodo oriri censenda sit, plerumque δή τότε uti solet: 2, 570. 608. 3, 366. 4, 332. 5, 161. 443, aut δή ῥα τότ' 5, 111. 467. 3, 261. 5, 548, aut τότε δή 3, 450. 5, 305. 628. τότε καὶ semel legitur 3, 615 et τῆμος bis 3, 421. 4, 408. Cynegetica exhibent δή τότε 1, 334. 352. 487. 2, 52. 387. 3, 385. 398, δή ῥα τότ' 2, 80. 3, 414, sed praeterea etiam δὴ τότε καί 3, 310. 459. δὴ τότε δή 2, 271 et τότε δὴ τότε 3, 204. Porro in Halieuticis particulae reperiuntur, quibus temporis tantum notio effertur nulla ratione habita, num quae res post aliam accidisse dicatur, etiam ex ea pendeat: αὐτίκα saepe, simplex τότε 1, 461. 737. 780, quod nusquam occurrit in Cynegeticis, αὐτίχ' ὁμοῦ 1, 654. τότε δ' αὖτις 1, 755, τότ' ἔπειτα 2, 117. 493, οὐκέτ' ἔπειτα 3, 106. 4, 305, αὐτίκ' ἔπειτα 3, 136 et εὐθύς 3, 145. In Cynegeticis simplex αὐτίκα semel tantum locum habet 3, 376, αὐτίκ' ἄρ' 2, 465, αὐτίκα δή

3, 324. Ex particulis adversativis saepius legimus in Halieut. *αὐτὰρ ὅγ'* vel *ὅ* 1, 162. 267. 576. 2, 152. 392, quod ei cum Quinto commune est; sed Cynegeticorum scriptor nusquam admisit. Deinde Halieuticorum auctorem saepe notissimo illo genere apodoseos, quod incipit ab *ὁ δέ* usum esse 1, 641. 2, 53. 153. 192. 215. 439. 493. 561. 630. 4, 192. 316. 5, 484. 584, contra in Cynegeticis hoc semel tantum inveniri 2, 256 jam a Lehrsio Quaestt. epicc. p. 319 commemoratum est. Cfr. ib. p. 322 sq. Sed jam absoluta hac de particularum usu quaestione, persequamur quae nobis proposuimus. Ac primum quidem conjunctivum simplicem exhibent Oppiani ex usu antiquissimo ad genus quoddam rerum significandum, quarum singulae quando eveniant prorsus in incerto relinquitur: Cyn. 1, 59. 333. 352. 359. 3, 150. 1, 519. 2, 50. ib. 76. 2, 225. 236. 255. 351. 374. 387. 3, 99. 201. 382. 397. 404. 439. 4, 135. *Ὅταν* et *ὁπότε* particulae inter se commutantur metri gratia 2, 426 sq. Jure conjunctivum scripsit Lehrsius 2, 49, *ὁππότε μυκήσῃτ'*, ubi Schneiderus optativum dederat *μυκήσαιτ'*, qui prorsus recte se haberet, caesurae trochaicae causa, si poeta plenam formam posuisset, velut Quintus 1, 607 *τοῖς ἤν πως πεπίθοιτο θοὸν σθένος Αἰακίδαο.* Cfr. Köchly Prolegg. ad Quint. p. 90. Sed conjunctivus mihi etiam ponendus videtur 2, 321 sq. *ὁππότε . . μητίσωνται.* Contra longiorem optativi formam caesurae trochaicae causa legimus 2, 79 sq. *ἀλλ' ὅτε θαρσήσειε*, et ib. 464 sq. *ὁππότε δ' ἀθρήσειεν.* Porro conjunctivum simplicem et cum partt. conjunctum promiscue adhibuitpoeta noster ad eas res proferendas, quae propter ipsarum naturam certis quibusdam temporibus evenire debent: 3, 308. ib. 457. 180. 196. Sed uno loco primum optativum tum conjunctivum posuit ex tradita lege 2, 580 sq.

*αὐτὰρ ἐπὴν ἔαρος πρῶται γελάσωσιν ὀπωπαὶ,*
*ἄνθεά τ' ἐν λειμῶσι νέον γε μὲν ἡβήσειαν,*
*νωθρὸν κινήσαντο δέμας μυχάτης ἀπὸ λόχμης.*

Semel habemus *ἤν* cum conj. in adhortando 4, 439. Jam loci nonnulli afferendi sunt, ubi ex antiquissimo canone inprimis ratione habita causarum cohaerentiae conjunctivum cum partt. conjunctum exspectaremus: 3, 412, at 2, 171. 1, 506. ib. 487. 4, 359. at ib. 364. In Halieuticis hi sunt loci: 1, 332. 654.

758. 769. 2, 568. 607. 3, 293. 622. 632. 4, 191. 298. contra ib. 331. 5, 160. ib. 182. 227. 304. 546. Sed potest quodam modo excusari conjunctivus simplex in omnibus his locis, poetam in universum designare maluisse animalium proprietates, quae eaedem sint omnibus temporibus, quam legentibus ex ipsis rebus simpliciter narratis collegenda tradere, quae sint necessario eventura. — Optativi rationem in membris conditionalibus prorsus eandem esse atque in enuntiationibus, quae ab *εὖτε*, *ὅτε*, *ὁπότε* particulis incipiunt, jam observavimus. Metrum est, quod formas ejus postulat: Cyneg. 2, 192: *τοὺς εἴ κέ τις ἀμήσειεν*, ib. 3, 282 sq. *εἰ δὲ λύκον δείρας ῥινῶν ἄπο τεκτήναιο* ib. 385 sq.

*δὴ τότ᾽ ἀπ᾽ αὐχένος εἴ τις ἀειράμενος τρίχα λεπτὴν*
*θηρὸς ἔτ᾽ ἀσθμαίνοντος ἐνιχρίμψειεν ὀδόντι.*

Contra conjunctivum cum *εἰ* part. conjunctum habemus: Cyneg. 1, 523. 2, 341 *εἰ δέ τις περιχεύῃ* conjunctivus enim, quem Schneiderus dedit, magis mihi ex usu Oppiani videtur esse, quam optativus *περιχεύοι*, quem Lehrsius habet). Porro animadvertas *ἤν* cum conj. 2, 509. 4, 439. ib. 445; deinde *εἴ κε* cum conj. 3, 373. 375. Itaque non dubito, quin etiam 3, 202 sq., conjunctivi *πέλῃ* et *ἴδῃ* scribendi sint, quos reperias 2, 236 et 3, 457. Item restitue conjunctivum Cyn. 4, 66 *εἰ δὲ φράσσωνται*. 2, 356 sq. *εἰ δέ ἀείρῃς*. 3, 279 sq. *εἰ φορέῃς*. Sed caesurae trochaicae causa tuti sunt hi loci: 1, 514 sq. *εἰ δέ μιν ὁπλίσσειας*, 2, 308 sq. *εἰ δέ τέ μιν στρεπτῇσι πεδήσαντες βροχίδεσσιν ἀγρευτῆρες ἄγοιεν* sq., ib. 499 *εἰ δὲ κάτω νεύοιεν*, 3, 258 sq. *ἀλλ᾽ εἰ καί ποθ᾽ ἕλοιεν*. Eadem est ratio loci 3, 77: *φαίης*, *ὁππότ᾽ ἴδοιο*, ubi ne putes ob optativum *φαίης* eundem modum in enuntiatione temporali praelatum esse, confer mihi Hal. 1, 670 sq. Sed optativum retinuit ex vulgari canone in enuntiationibus, quae dicuntur *καθ᾽ ὑπερβολήν*, Halieuticorum auctor saepius 3, 179 *καὶ εἰ κρέας ἁλμυρὸν ἅπτοις*. ib. 475. 4, 133. 369. 5, 383, Cynegeticorum semel 1, 511. His adversari videtur Hal. 2, 489, *καὶ εἴ ποθι κεῖνο πελάσσῃ*, sed jam scimus optativi formam *πελάσσοι* nostro plane insolitam fuisse. *Εἰςόκε* de re futura habes in Cyneg. 1, 513. 2, 71. 3, 169. ib. 312. ib. 417, ubi lege conjunctivum *πιστώσηται*, quem habet

Schneiderus. Sed optativus satis metro excusatur 3, 324 sq. εἰσόκεν ἄζῃς ἠέλιος παύσαιτο καὶ οὐλομένου κυνὸς ἀστήρ. In enuntiatis relativis plerumque legitur conjunctivus cum partt. conjunctus, semel in Cynegeticis 4, 176, in Halieuticis persaepe 1, 149. ib. 400. 508. 2, 13. ib. 70. 154. 234. 329. 551. 3, 57. ib. 301. 433. 618. 4, 376. 563. 5, 34. ib. 72. 106. 500. 407. ib. 418. 3, 266. Jam patet paucos locos, qui huic consuetudini refragentur, certa emendatione sanandos esse: Hal. 5, 142 ἅ κεν ἐρύκοι (l. ἐρύκῃ), ib. 376 ἥ κεν ἕλοι (l. ἕλῃ) et 1, 87. Fortasse etiam 4, 179 sq. ἅς οὐκ ἄν τις ἴδοι conjunctivus ἴδῃ scribendus est, si quidem omnes locos ad certam normam revocare vis; attamen pro certo affirmaverim, quia hoc unum exemplum est, ubi in enuntiatione relativa optativus cum ἄν particula conjunctus locum habet. Sed metri gratia tutus est hic locus Hal. 5, 140 ἥ κεν ὀδόντων λευγαλέην ἀνέχοιτο βίην. Conjunctivus simplex vero sine ullo, quod quidem demonstrari potest, significationis discrimine, metri tantum necessitate postulatus legitur his locis: Hal. 2, 487. 4, 509. Cyn. 3, 53. Sed iterum optativus ponitur propter metrum: Hal. 3, 254 χειρὸς ὅπῃ νεύσειε μύωπι, ib. 180 καὶ ὅττι τοι ἄγχι παρείῃ. Semel reperitur conjunctivus simplex in comparatione Hal. 5, 312. Omnino comparationes in Oppianonum carminibus minime rarae sunt. Nos nunc quidem eas tantum notare volumus, in quibus conjunctivus locum habet. Frequens est, sequente hoc, particularum conjunctio ὡς δ' ὅτε vel ὡς δ' ὁπότε: Cyneg. 2, 474. ib. 4, 189. 344. 3, 210. Saepe inchoat ὡς δέ comparationem indicativo sequente, uno loco excepto, ubi pro versus necessitate conjunctivus legitur Cyneg. 1, 338 sq. ὡς δέ τις ἠϊθέων . . . ἐς θάλαμον βαίνῃσι. Indicativum habes, particularum ὡς δέ conjunctione antecedente, et in membro primario et per adjecta his locis: Cyneg. 2, 345. 3, 129. 4, 140. ib. 200. Hal. 1, 298. ib. 694. 463. 2, 156. 277. 408. 3, 221. 316. 386. 4, 120. 136. 287 sq. 428. 624. 5, 84. In Halieuticis porro habes: 1, 680 ὡς δ' ὅτε ἴωσιν. 4, 65 ὡς δ' ὅτε ἀναστείχωσι sequentibus per adjecta membra indicativis. ib. 335. 1, 792. 5, 617 (ubi Schneiderus ἐφοπλίζοιτ' dedit; Lehrsius jure conjunctivum restituit) 2, 313. 3, 243. 358. 4, 555. 685. 5, 114. 198. 297. 403. Conjunctivus etiam scri-

bendus videtur 3, 512 ὡς δ' ὅτε τρομέει (l. τρομέῃ) et 4, 393 ὡς δ' ὅτε ἀνάγῃ. Indicativo enim Halieuticorum auctor tantum usus esse videtur, ubi metro exigebatur, vid. 1, 237. ib. 620. 2, 99. 289. 350. 3, 108. 560. 4, 462. 5, 272. Cyneg. 4, 221. 368; quae comparationes omnes ab ὡς δ' ὅτε vel ὡς δ' ὁπότε particularum conjunctione incipiunt. Itaque patet, ὡς δ' ὅταν, quae inchoat comparationem Hal. 2, 597, consuetudini poetae prorsus repugnare; scribe ὡς δ' ὁπότ' ἰητὴρ etc. Singularia haec sunt: Cyneg. 2, 62 οἷα δ' ἐνὶ πτολέμῳ βυθίῳ ὅτε ναυμάχος Ἄρης δῆριν ἀείρηται . . 1, 527 οἵη δ' ἐκ ληΐοιο φέρει θέρος ἀμητοῖο . .

In Halieuticis eandem conjunctivi simplicis et conjunctivi cum partt. conjuncti animadvertas commixtionem, quam in Cynegeticis reperisti. Conjunctivus simplex plerumque adhibetur ad describendas piscium proprietates: 1, 343. ib. 350. 286. 429. 433. 528. 736. 741. 778. 2, 108. contra similem sententiam conjunctivo cum particula conjuncto exprimit 1, 753. 3, 117. At 2, 134. ib. 191. 237. 391. 521. 528. 546. 3, 260. 292. 365. 520. 385. 511. 5, 43. 358. 643. 4, 406. 5, 624. Potissimum εὖτε particula saepe usus est, cfr. Lehrs. Quaestt. epp. p. 322. 1, 324. 2, 437; at 4, 151 (εὖτ' ἄν), cfr. 3, 239. 2, 560. 3, 133. 2, 454. 150. 3, 280. cfr. 1, 56. 4, 49. 93. 218. 240. 313. Contra εὖτ' ἂν habes: 1, 49. 289. 595. 2, 629. 126. 144. 160. 4, 331. 641. Sed optativus metro exigitur 3, 611 τοῖς δ' εὖτ' ἂν ἀνὴρ ἄγκιστρον ἐφείῃ. Porro poeta in iis rebus proferendis, quarum ex natura necessario eventuras eas esse colligendum est, variare modos saepius sibi indulsit: 5, 442. 3, 66. 2, 116. 475. 4, 80, 391. 5, 603 (contra 1, 161.) ib. 458. 630. 664. 3, 51. 419. 449 et 459; at 1, 667. Optativus vero satis metro excusatur his locis: 2, 252. 5, 175 sq. ib. 337. 5, 483. 490. *Εἰσόκε* de re futura habes: 1, 200. 530. 576. 627 sq. 2, 138. 162 sq. 215. 311. 339. 602. 605. 3, 33. 4, 161. 200. 254. 262. 459. 592. 627. 680. 5, 610, porro μέσφα κε 1, 754 κατέδεκτο, μέσφα κε δεῖμα χάσσηται et ἄχρι nullo significationis discrimine 2, 97 ἐφέπονται, ἄχρι λάθωσι μιγέντες, deinde ἕως 4, 306 ἀνίησιν, ἕως γένηται et μέσφα 5, 586 εἰλεῖται, μέσφ' ἕλῃ. Sed metri gratia variat modos, quippe qui diversi ei non essent 2, 209 sq.

*οὐδέ ποτ᾽ ἂν λήξειεν ἐδητύος ἐγγὺς ἐούσης,*
*εἰσόκεν οἱ νηδύς τε μέση διὰ πᾶσα ῥαγείη,*
*αὐτός τε προταθεὶς πέσῃ ὕπτιος, ἠέ τις ἄλλος*
*πέφνῃ μιν νεπόδων πυμάτης ἔμφορτον ἐδωδῆς.*

*Πρίν* cum conj. similiter usurpavit ac *πρίν γ᾽ ὅταν* antecedente enuntiatione negativa 1, 538 *οὐ γὰρ πρὶν φιλότητος ἀπίσχεται, οὐδ᾽ ἀπολήγει, πρίν μιν ἀπὸ μελέων προλίπῃ σθένος, αὐτὸς δ᾽ ὄληται*, semel legitur in sententia universali 2, 14. Uno loco particulam *εἰσόκε* indicativus aoristi sequitur, metro aperte postulatus 2, 674

*καπνῷ τ᾽ αἰθαλόεντι κατείνυον Ἡφαίστοιο,*
*εἰσόκε ῥαιομένην γενεὴν ᾤκτειρε Κρονίων,*

sicut Nicander semel eandem ob causam, particula *εἰσόκε* antecedente, primum indicativum tum conjunctivum posuit Ther. 341

*χανδὸν ἀμέτρητον δέχεται ποτὸν, εἰσόκε νηδὺς*
*ὀμφαλὸν ἐξέρρηξε, χέῃ δ᾽ ὑπεραχθέα φόρτον.*

Pronomini *τίς* in enuntiatis temporalibus conjunctivus modo simplex modo cum partt. conjunctus a poeta adjicitur: 3, 614. 4, 404. 3, 435. 478. Restitue conjunctivum etiam 5, 60,

*πολλάκι δὲ πλαγχθέντα καὶ ἠόνος ἐγγὺς ἱκάνει*
*ἀγχιβαθοῦς, ὅτε κέν τις ἐπί σφισιν ὁπλίζηται,*

ubi Lehrsius et Schneiderus optativum habent. Venimus ad enuntiationes conditionales. Habemus primum *εἰ* cum conjunctivo: 1, 318. 2, 297. 3, 289 (ubi scripsi conjunctivum cum Rittershusio). Neque ullo discrimine *ἤν* legitur 3, 105. 371. 4, 579. 80. 5, 627. 1, 165. 5, 387. ib. 446. 1, 574. 3, 135. Deinde *εἴ κε* 2, 490 et *αἴ κε* 1, 56. Jam hunc praevalentem usum *ἤν* particulae respiciens equidem haud scio an poeta etiam 3, 289 *ἢν δὲ θάνῃ* (cfr. 4, 80) dederit. In enuntiatione interrogativa, ubi fieri aliquid traditur experiundi causa, utrum hunc an contrarium habiturum sit eventum, habes semel *εἰ* cum conjunctivo 2, 306. Sed iterum metrum est, quod optativorum formas postulat his locis: 1, 265 sq. 2, 64. 426. 431 sq. 3, 455. 287. 5, 125 sq. 396. 2, 270. 589 sq. Ex his locis jam unico, qui adversatur, medicina petenda est 4, 372: *εἰ δὲ λάθῃ καὶ κραιπνὸν ἔχῃ πόνον*, ubi Lehrsius optativos habet, vid. Rittershus. edit. p. 309. Neque vero optativum in singulari illo loco emendare ausus

sim. ubi membrorum interrogativorum disjunctionem habemus per εἴτε -εἴτε factam, 5, 493. Jam progrediamur ad

2) Manethonianos, et primum quidem librum secundum, tertium, sextum, deinde librum quartum, denique librum primum et quintum pertractemus. Auctorem trium priorum carminum Aratum imitatum esse (vid. Köchly Praef. ad Maneth. Poett. bucc. et didactt. II. p. 17) potissimum ex usu enuntiationum conditionalium εἰ particula institutarum apparet, in quibus quinquaginta duobus locis optativum prorsus regnare, conjunctivum vero undecim locis ibi tantum positum esse videmus, ubi metro postulatur; id quod ei cum Arato commune est. Hac vero consuetudine excepta, poetam ab aliorum hujus seriei usum haud alienum reperias, quamvis concedi oporteat, Manethonianos omnes ad formas quasdam verborum versuumque terminationes, in quibus magna est vis, ita se assuefecisse, ut ob hanc causam de vulgari canone deflectere saepius sibi indulserint. Optativum etiam apud nostrum in conjunctivi locum succedere observes, ubicunque metro longiores ejus formae exigantur. Habes igitur eum post ἤν, insequentibus interdum per adjecta membra usitatis conjunctivis, post εὖτ' ἄν στ 115, cfr. στ 180, deinde post ἦμος στ 692, ib. 465, post ὁπότ' ἄν στ 706 sq., post εὖτε στ 606, ib. 686, post εἴ κε στ 236. 395, post ὁππότε quater, post ὅτε στ 645, post πῶς ἄν κε στ 307. Patet his proprietatibus potissimum librum sextum instructum esse; sed in ceteris modorum et particularum usus in tribus illis libris prorsus aequabilis et sui similis est, ut plurima communia sint; minora vero, quae unius libri propria videntur, jam satis proprietate singularium locorum, in quibus inveniuntur, excusantur. Est enim poeta in enuntiationum jungendarum et construendarum ratione simplicissimus. Ex variis membris orationis fere sola temporalia et conditionalia inveniuntur, quae nimirum argumenti natura potissimum exigebantur. Multo rarius per vocabula relativa oratio continuatur, quod jam Köchlyus l. all. p. 18 sq. commemoravit. Enuntiationes relativae, in quibus conjunctivus locum habet, quinque tantum leguntur, semel τό κε cum optativo στ 110. Particulam εὖτ' ἄν cum conjunctivo habes undevicies, ἐπήν ter, ἤν semel et quinquagies, εἴ κε qua-

ter, ἄχρι κε semel, εἰσόκε semel, ἦμος δ' ἄν στ 665, ὁπότ' ἄν novies, ὅτ' ἄν στ 333. 642, μέχρι κε στ 81, μέχρι στ 94, etiam μέχρις ἄν κε στ 45, ὁπότε undevicies, ὅτε semel, εὖτε cum conj. bis, ἡνίκα στ 199, semel ὅς κε cum conj. στ 457. Hae vero reperiuntur particularum conjunctiones: ἤν δ' ἄρα, εἰ δ' ἄρα, εἰ δέ καί, εἰ δέ, εἴ γε, εἰ δέ κε, εἰ δ' ἔτι, εἰ δέ τε, καὶ εἰ, εἰ δ' ἄρα μή, καὶ ἤν, ἤν δε, ἤν μέν, ἤν περ, ἤν περ μή, κἢν μὲν δή, κἤν, εἰ δέ τε καί, εἰ δ' ἄρα δή, εἰ καί, ἢν δὲ καί, καὶ ὅτ' ἄν, καὶ ὁπόταν, εὖτε δὲ καί, καὶ ὁππότε. Tum, ut ex particulis nonnulla apodosin instituentibus delibem, habes τῆμος γὰρ γ 185. 249, simplicem τῆμος στ 117. 148. 123 duobus et 286 tribus vocabulis antecedentibus, 255. 411. 530. 576. 596. τῆμος δ' ἄρ' στ 201. τότε γ 412. στ 97. 158. 243. 296. 662. τότ' ἔπειτα γ 415, δὴ τότε στ 33. 41. 92. 165. οὐδὲ μὲν οὐδέ β 379. καὶ δὲ καί saepius. καί ῥά τε β 405. In orationis progressu, ubi enumerationi similis est, utitur aliquoties vocabulo ἑξείης στ 113 et ἑξῆς ib. 262, ἑξείης δ' ἄρ' ἔπειτα adjecto verbo ἐξερέω 455, quocum confer mere prosaicam dicendi rationem στ 305 τόσσ' εἰπὼν -λέξω δ' αὖ μετέπειθ'. ib. 339. 632. 684. 732. 738 et similia δ 109. 165. Hoc vocabulum ἑξείης etiam in Cynegeticis reperitur: 2, 489. 3, 183, in Halieuticis non exstat. Quartum carmen ab his tribus valde differt ratione habita et modorum et particularum consuetudinis. Jure Köchlyus l. all. p. 41 de eo disserit: „In modis purior est antiquiore poeta. Constanter enim ἤν et ἐπήν, quae apud eum regnant, et similia cum conjunctivo componit. εἰ plane non apud eum invenitur." Ἤν particulam septies et vicies exhibet, ἐπήν undecies, porro ὅτ' ἄν decies, ὁπότ' ἄν duodecies, ὁπότε cum conj. ter, ἡνίκα semel 170. Nova est particula ἡνίκα ἄν, quae decies legitur. Deinde animadvertas ἦμος cum conj. 386, εὖτ' ἄν 499. Semel reperitur ἤν cum optativo φανείη 552. Particularum conjunctiones habes ἤν δέ τε, ἢν δὲ καί, κἢν μέν, ἤν δέ, καὶ ἤν. In apodosi reperiuntur: τῆμος 46. 133. 387. 455. 474. 511. 599. τηνίκα 80. 299. 357. 404. δὴ τότε 127. τότε 432. 527. His absolutis jam ad singulos locos percensendos transeamus, et primum quidem librum secundum tertium sextum contemplemur. Etiam hic lex valet, ut conjunctivus prorsus dominetur particulis modo

omissis modo adjectis, prout metrum postulat vel poeta ex arbitrio conjunctiones variare vult. Habes igitur γ 106 εὖτ' ἂν δ' ὠκεανοῖο λελουμένος ἀντέλλῃσιν Τιτάν.. 141 εὖτ' ἂν δ' ἀντέλλῃ Φαίνων, Πυρόεις δέ τε δύνῃ.., at 145 εἰ δ' ἄρ' ἀνερχομένου Ἄρεος Φαίνων πάλι δύνῃ et 158, cfr. 163. 211. 203. 168. 207. 221. στ 89. 199. 202. στ 191. β 393. στ 276. 286. 376 sq. 528. 556. 561. 574. 617. 642. Schematum descriptiones fere eaedem per diversissimas particulas proponuntur. Vide haec: β 452 ἢν συνάπτῃ. 460. 474 εἰ συνάπτῃ. cfr. ib 483. στ 665. 720. β 446. γ 285. 327. 329. στ 513 sq. 680. 119. 139. 389. 511. 515. 548 sq. 197. 205. 586. 593. 601. 242. 246. 373. 333. 363. στ 57. 124. 578. 436. 450. 520. 554. 572. 714. 724. στ 29. γ 12. ib. 147. Confer porro haec: στ 35. 51 sq. 64. 82 sq. 96. 122. 135. 160. 220. 233 sq. 265. 367. 622. 146. 153. 154. 176. 216. 258. 268. 272. 382. 396. 405. 480. 485. 504. 536. 611. 640. 670. β 7. 52. 213. 220. 284. 389. 498. γ 63. 101. 115. 119. 128. 226. 264. 269. 305. 339. 352. 392 sq. 410. 416. Sed metro optativi formae excusantur: στ 115. 119 sq. 180. 348. 534. 661. 678. 686. 441. 410. 606. 692.

Porro poeta aliquoties optativo usus est, quippe qui omnino ei usitatior esset, quam conjunctivus, ita ut quemlibet mutandi conatum a se defendat: στ 706

*καὶ δὲ καὶ ὁππότ' ἂν ἐν κέντρῳ Μήνῃ μὲν ἐπείῃ,*
*ἄλλῳ δ' αὖτε Κρόνος κέντρῳ κατόπισθεν ἕποιτο,*
*νυκτιφαῆς δὲ Σεληναίῃ Πυρόεντι συνάπτοι...*

atque item στ 429:

*ταῦτα δ' ἄρ' ἀμφιέπουσι καὶ ἢν κλίνωσ' ἀπὸ κέντρων*
*ἀστέρες, ἀλλ' ἐν ὅροις Μήνῃ Φαίνοντι συνάπτοι.*

Vide locos, ubi hic optativus legitur: στ. 321. 329. 398. 614. 708. 711. Eandem ob causam etiam optativi ὁρῷτο et ἕοι tuti sunt: στ 698 sq. στ 399. γ 386. στ 644. Reperiuntur vero hi optativi apud poetam nostrum γ 152. 369. 388. στ 43. 69. 253. 296. 400. 500. 644. 657. Optativus ἕοι legitur apud Maximum, quem aeque ac Aratum secutus est noster, 99. 120. 257. 365. 425. 470, semel ἕοις 150; apud Aratum eam non inveniri notavit Loebe de eloc. Arat. Sol. p. 19. Cfr. Köhn quaestt. metr. et gram. de hym. Hom. p. 51. Sacro-

sanctus etiam est optativus *φορέοιντο* σ τ 465, qui saepius legitur in enuntiatis conditionalibus particula *εἰ* institutis, cfr. Arat. Dios. 872. Sed haec pauca, comparata illa cum consueto conjunctivi usu ejusmodi sunt, quod, etiamsi altius assurgere videantur, tamen de aetate carminis nullam movere possint dubitationem. Immo quemadmodum alia, quae multo usu apud Aratum et Maximum et fortasse alios, qui temporum iniquitate interiisse existimandi sunt, sancta erant, pro vulgaribus sibi adscivit poeta noster, ita hos quoque optativos ex eodem fonte haustos admisisse eum crediderim. Omnino enim, quo quis imperitior sit poeta, eo plus sibi licentiae indulsisse apertum est. Et si vel optimos poetas interdum legum severitatem interrumpere videas, ab ipsorum oratione aliena in suum usum verberando, quanto magis hoc de musivis illis carminibus centonum sartorum obtinendum est, qui quaecunque antiquioribus, quorum exemplum sequebantur, maxime trita erant, sua facere iisque a legibus deflectere non dubitabant, quas alias egredi non poterant, quia jam plane in succum et sanguinem poetarum epicorum omnium transierant. Ex illo vero frequente maximeque dominante conjunctivi usu, quo nullum certius recentioris aetatis indicium inveniri potest, poetam nostrum huic seriei tribuendum esse luculenter apparet. Jam ad cetera pergamus. *Εἰσόκε* de re futura habes: σ τ 73. Item *ἄχρι κε* β 365 et *μέχρις ἄν κε* σ τ 45 ib. 81. Sed sine ullo significationis discrimine ib. 93 *μέχρι* c. conj. Porro habemus conjunctivum in enuntiationibus relativis: β 174. γ 25. ib. 94. σ 151. ib. 457. Sed a tradita lege optativus non abludit σ τ 110 *τό κε εἴη*, item σ τ 307 *πῶς ἄν κε φράσαιο* et ib. 685 *λέξω πῶς κε διακρίνειεν*. Jam restant enuntiationes conditionales *εἰ* particula institutae, in quibus saepissime optativum legi supra monuimus. Est vero hic optativus, exceptis iis locis ubi metro postulatur, ubique fere idem, quo contra communem horum poetarum legem usum esse nostrum jam scimus. Vide haec exempla: γ 124 *εἰ ὁρῷεν*, ib. 152 *εἰ -έοι*. ib. 160 *εἰ δύνοι* (optativus *δύνοι* persaepe legitur et apud Aratum et apud Maximum). ib. 248. 253. 266. 335. 363. 383. 355. 369. 414, ubi imperativum sequentem habes. σ τ 43. ib. 170 *εἰ πέλοι* (*πέλοι* persaepe exstat apud Maximum).

γ 21 et στ 710 (cfr. contra β 393). στ 185. ib. 213. ib. 252. 244 et idem ib. 293. 472. 256. 290. 393. 425. 604. 654. 728. στ 282. 295. 321. 326. 329. 398 et 613. 711. στ 456. 476. 478. cfr. 619. 499. 591. cfr. 695. 647. 657. 689. γ 160. στ 236. ib. 395. Intelligis igitur, tantum optativos συνάπτοι, πέλοι, ἔοι, ὀρφῷντο, ὁρφῇ, μεσουρανέοι esse, quibus poeta ex Arati vel Maximi carminibus depromptis contra vulgarem consuetudinem usus sit; nam reliqui optativi satis metro excusantur. Jam loci afferendi sunt, ubi conjunctivus ex lege hujus sectae poetis conveniente exhibetur nullo discrimine ab optativo. Vide haec: γ 145 εἰ δ' ἄρ' ἀνερχομένου Ἄρεος Φαίνων πάλι δύνῃ. σ 46. 82. 191. 202. 124. 246. γ 352. στ 197. 389. 640. 670. Deinde habes conjunctivum cum formis in -ῃσι et ηται terminantibus: γ 158 εἰ δ' Ἑρμῆς δύνῃσι. ib. 329. στ 511. 515. 611. Porro ad evitandas optativi formas in -σαι desinentes conjunctivus locum habet γ 299 et ib. 327. Denique mutantur conjunctivus et optativus metri gratia: στ 69 sq. 657 sq. 532. 604. 651 sq.

Multo simplicior et purior in usu particularum et modorum quarti carminis auctor est, qui in enumerandis et describendis constellationibus tantum conjunctivo utitur et quidem cum ἤν particula conjuncto his locis: 28. 59. 65. 84. 116. 121. 146. 177. 180. 193. 224. 263. 286. 294. 341. 359. 372. 384. 409. 450. 457. 472. 480. 515. 543. 560. 582. 589. 601. 612, cum ἐπήν 16. 48. 82. 93. 195. 289. 354. 355. 379. 503. 519. 541, cum ἡνίκα ἄν 44. 110. 132. 187. 238. 327. 478. 508. 577. 597, cum ὁπότ' ἄν 53. 77 sq. 125. 139. 309. 402. 420. 425. 431. 496. 593. 613, cum ὅτ' ἄν 35. 153. 161. 201. 206. 271. 317. 333. 391. 414, cum εὖτ' ἄν 499, cum ὁππότε 73. 466. 527, cum ἡνίκα 170, cum ἦμος 386. Bis post ἤν optativus φανείη legitur 552 et 545, metro satis excusatus. In apodosi fere ubique futurum tempus regnat, potissimum infinitivus futuri ex verbis ad constellationem pertinentibus aptus, velut φαίνει.. ἔσσεσθαι 40. 174. 221. 268. 350. 397 sq. δείκνυσι.. ἔσσεσθαι 128. 150. 155. 99. 163 al. Contra in tribus prioribus libris tantum aoristus vel praesens exstat.

Jam restat, ut de primo et quinto libro disputem, quos Köchlyus l. all. p. 56 ostendit duas collectiones esse a duobus

hominibus factas, qui ultimis paganismi temporibus viventes et ignorantia metrorum sermonisque graeci et ingenii stupore simillimi essent. Itaque dictio bonis malis, poeticis prosaicis, raris vulgaribus varie mixta videtur et — ut verbis Köchlyi utar — „tam aperta in iis deprehenduntur scabrae pravaeque dictionis vestigia, ut vel apertissima vitia corrigere subinde dubites, incertus, num librariorum errores reprimas an ipsius auctoris manui vim inferas.“ Idem valet de modorum usu. Optativus et conjunctivus summa cum licentia commixti adhibentur, modo ἤν particula, modo εἰ, modo ὁπότ' ἄν vel ὅτε et ἡνίκα antecedente. Ut primum conjunctiones enumerem, quibus horum carminum auctores usi sunt, saepissime legitur ἤν octies et tricies, et εἰ ter et vicies, porro ὅτ' ἄν septies, ὁπότ' ἄν quater, ἐπήν semel *A* 39, αἴκεν ib. 73, ὁπότε ib. 57, ἡνίκα ἄν bis *A* 306. *E* 243, ἡνίκα *A* 277. *E* 197. Particularum conjunctiones habes ἢν δ' ἄρα καί, ἢν δέ, ἤν πως καί, εἰ μή πως et ἢν δ' ἔτι καί. Quod ad membrorum jungendorum rationem attinet, paratactica ab utroque compilatore tanto studio praelata est, ut bis tantum enuntiationem primariam cum secundaria copulatam reperias, per δὴ τότε *A* 292 et per τηνίκα ib. 329. Jam vide, quam inepte ac licenter modi usurpati sint, ita ut componere omnia taedeat: *A* 45 ἢν δὲ Κύπριν καλὴν πολιὸς Κρόνος ἀγκαλίσαιτο. ib. 225, at ib. 271 εἰ δὲ Κρόνῳ καὶ Ἄρηι συνῇ κερόεσσα Σελήνη.., συνάπτῃ δ' αὐτίκα τοῖσδε.. et *E* 243 ἡνίκα δ' ἂν Μήνη Ἑρμῇ συνάπτῃ *A* 121 ἤν.. ἔχοι.. ἴδοι.. ἀμφιβάλοιτο. ib. 294 sq. ib. 267. cfr. *E* 334. *A* 182. ib. 194. 343 ἢν ἔλθῃ.. ἴδοι. *E* 173. 217. 254. 280 εἰ.. ἐσίδοις. At ib. 154 ἢν ἐσίδῃς. *A* 18. 64. 73. *E* 53. ib. 148. 181. 261. Porro *E* 324 εἰ μεσουρανέοιτο sequente imperativo. At *A* 119 ἤν μεσουρανέῃ. ib. 223. *A* 353. *E* 79. cfr. ib. 90. *A* 24. ib. 153. 158. 210. *E* 43. ib. 120 Ἠέλιον Μήνη ὁπότ' ἂν συναφῇσι καθεύροι. ib. 144. 177. 197 ἡνίκα δ' ἡ βασίλεια μέσῃ συνέχοιτο Σελήνῃ. ib. 211. 214. 252 Ἄρης ἤν πως φαίνοιτο σὺν Ἑρμῇ. 253. 321. 326. 317. 282. 307. 223. 137. 149. *A* 235. *E* 44. ib. 72. ib. 76. *A* 78. ib. 108. 112. *E* 111. ib. 165. 274. *A* 22. ib. 66. 41. 339. 176. 180. *E* 300. *A* 39. 57. 284. *E* 57. 142. 226. 320. *A* 92. *E* 189. Semel habes ὅσσαι ἄν κε ἔχωσιν *A* 185. Sed

perquam notabilis est hic locus *E* 169 ἦν δ' ἐπάνω φέρεται μετὰ Ἠελίοιο Σελήνη....

Jam progrediamur ad

3) Orpheum. Particulis utitur his: εἴκε undecies, ἢν ter, αἴκε quinquies, ὅτε κε ter, ἐπήν bis, εἰ novies, ὁπότε quater, ὁπότε κε semel, ὁπόταν semel, πρίν κε semel, εὖτ' ἂν et μεσφ' ὅταν semel. In enuntiatis temporalibus conjunctivus prorsus dominatur et primum quidem cum particulis conjunctus in adhortando: Argon. 554. Lith. 379. 370. 736, contra cfr. ib. 372. 725, semel in dissuadendo Lith. 733. Porro conjunctivum simplicem et cum partt. conjunctum promiscue usurpatum reperias in sententiis universalibus vel iis, quibus series quaedam aequalium rerum profertur nihil aliud significantium, nisi quod, quotiens aliqua res evenerit, etiam alia fieri solita sit: Lith. 307 ἤτοι μέν μιν φασὶ καὶ Ἠελίοιο πέλεσθαι ἀμφίπολον κούρης, ὅτε κεν θέλγητρα παλύνῃ. ib. 272 ὁππότε δὴ πῦρ νηδὺν ἀμφιέσῃσιν ἐνιπλείοιο λέβητος, ψυχρὸν ἐπειγομένοιο πυρὸς μένει ἔνδοθεν ὕδωρ, 203. ib. 101. 477. 303. 720. Contra recte se habet 514 ἐπεί κ' ἔλθῃσι . . ποτὶ γῆρας. Optativus vero metro exigitur Lith. 204

πῶς ἔρξεις, φίλε τέκνον, ἐπὴν ἐρίφοισι τεοῖσιν

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

τοῖσι παρασταίης τετληόσιν, . .

Enuntiationes conditionales in Argonauticis nihil praebent difficultatis. Habes ter εἴ κε cum conjunctivo 847. 851. 853 et semel ἢν 1171. At Lithicorum scriptor plus licentiae sibi adscivit. Habes conjunctivum antecedente particula εἴ κε 173. 330. 409. 466. 479. 611. 746, porro post αἴ κε 264. 43. 202, deinde post ἢν 337. 390. Ex his locis jam unico, qui repugnat, medicina petenda videtur Lith. 186, αἴ κε μάλ' ὦκα ἐκ πυρὸς ἁρπάξαις (l. ἁρπάξῃς), haud ignorans, optativi formas in -αις desinentes his poetis haud amplius in usu fuisse. At metri gratia tutus est optativus Lith. 52:

καὶ ψυχὴν ἐλάσαι τεθνειότος, αἴ κεν ἐρεμνοῦ

ἐξ ἄϊδος προμολοῦσα ποτιχρίμπτοιτο, ἑκάστην.

Usque adhuc omnia plana ac convenientia videas. Sed jam declinavit auctor a consuetudine horum poetarum, quod in om-

nibus enuntiationibus conditionalibus particula εἰ institutis optativo usus est, atque adeo ibi usus est, ubi necessario ex vulgari canone conjunctivus ponendus erat: 275. 574. 616. 624, quibus ambobus locis praegressum imperativum habes. Item optativus regnat in omnibus enuntiationibus, quae dicuntur *καθ' ὑπερβολήν*: Lith. 27. 230. 250 (ubi habes formam ἔοις). 414. 417. Semel legitur *πρίν κε* de re futura Lith. 248 *πρίν κε εὕρῃς*, et *μέσφ' ὅταν* Argon. 1238. At metrum est, quod optativum postulat Lith. 553: *ἐλθὼν, εἰσόκε λύθρον ἀποπλύνειε θαλάσσῃ*. Enuntiationes relativae fere omnes exhibent conjunctivum: Argon 889. 1178, ubi imperfectum praegressum habes. Lith. 17. 57. 207. 286. 300. 498. 630. 668. 692. 704. 391. At optativus metro postulatur: 621 et 347. Jam certa emendatione sanandus videtur Lith. 86, ubi lege *μενοινήσῃ* et *κάμῃ* pro optativis; nam optativus *πειρῷτο* satis metro excusatur. Sed ut etiam hac in re sibi indulgeat aliquid licentiae Lithicorum auctor, optativo utitur: 78 *ὅ κεν μάλα θαυμάζοιτο* et 473, (fortasse scribendus est conjunctivus *ἐθέλῃς*, qui legitur v. 370). 623. Perquam notabilis est Lith. 539

*Γοργόνα γὰρ Περσῆϊ . . . . . . . ἀκούεις δαμῆναι,*
*παρθένον ἀργαλέην, ἐρεβώπιδα, κῆρα μέλαιναν*
*ἀνθρώπων, οἷσίν κεν ἐπ' ἀνδροφόνῳ βάλεν ὄσσε.*

Sed ne ulla de aetate Orphei dubitatio moveatur, liceat hoc loco aliquantulum digredi ad enuntiationes finales, quibus nullum certius depromi potest indicium ad demonstrandam conjunctivi praerogativam recentioremque aetatem indicandam [1]. Locos tantum subjiciam, in quibus post praeterita conjunctivus vel post praesens et futurum optativus collocatur. Cfr. Hermann ad Orph. p. 811. Argon. 73 *καί μ' ἐκίχανε χέλυν, ὄφρα κέ σοι μέλπων προχέω ἀοιδήν*. 105. 292. 409. 620. 778. 946. 1379. Lith. 3. Arg. 57. 643. (Paucissimi loci, qui huic consuetudini refragantur, fortasse emendandi sunt: Lith. 169 *ὄφρα τοι εὐχομένοιο κλύοι θεός, ἐγγυαλίξω*. ib. 175 *κέκλυθι δ', ὄφρα*

---

[1]) Enuntiationes finales (atque apodoseos rationes) temporum successu prorsus eandem, quam temporales causales relativae, mutationem expertas esse, alio loco explicabo. Nunc opus inceptum longius pertexere, quibus premor temporis angustiis non licet.

*μάθοις*. Argon. 651 *κατερύκακον, ὄφρα πέλοι*. 658 *ἔβαινεν, ὄφρα κεν καλέσσαι*. 1310 *ὄφρ' ἂν ἄγοιντο*; ubique conjunctivus scribendus videtur). Argon. 252. ib. 893. At optativus metro exigitur Lith. 371. Argon. 605. 644. 793. 799. 1008.

Ex iis, quae adhuc disputavimus, apertum est, quantopere temporum successu conjunctivus grassatus sit et quodammodo gradibus quibusdam ita a priore consuetudine ac genuina vi deflexerit, ut plane conversio epicae poeseos disciplinae facta sit. Qua igitur ratione cum virtus carminis epici paene exstincta esset, suo quisque modo licentiam illam atque abusum eo magis frequentabat, quo recentiorem aetate se esse prodebat vel alius alio magis in hoc genere modum egredi volebat, donec

4) Quintus Smyrnaeus in artem et disciplinam redigeret ea, quae antiquiores usu sancta tanquam inscii secuti erant. Apud Quintum ubique in omnibus enuntiatis conditionalibus, temporalibus, relativis conjunctivus prorsus dominatur, cujus in locum tantum, si metrum exigit, longiores optativi formae et quidem plerumque in *-ειας*, *-ειε*, *-ειεν* exeuntes succedunt. Conjunctiones in usu ei sunt hae: *ὅτε, ὁπότε, ἐπεὶ, ἦμος, ἕως, ἐπήν, εὖτε, εὖτ' ἄν, ὁπόταν, ἄχρις, ἕως κε, εἰσόκε, εἰ, εἴ κε, αἴ κε, ἤν, μεσφ' ὅτε*, quibus promiscue utitur pro versus necessitate, nulla ratione habita causarum cohaerentiae vel rerum conditione. De particulis apodosin instituentibus vide Köchly Prolgg. ad Quint. p. 53 sq. Jam ad singulas enuntiationes percensendas procedamus. Ac primum quidem conjunctivum simplicem habemus in enuntiatis universalibus: 1, 72 *ἐλπορὴ γὰρ ὅτ' ἐς φρένας ἀνδρὸς ἵκηται ἀμφ' ἀγαθοῦ, στονόεσσαν ἀμαλδύνει κακότητα*. 2, 83. ib. 263. 4, 164. 5, 610. 7, 280. 8, 441. 9. 347. 11, 275. 12, 62. ib. 342. 12, 295. Eadem fere ratio est horum locorum: 5, 245. 6, 24. ib. 101. 9, 385. Contra conjunctivum cum partt. conjunctum habes in iisdem fere sententiis: 1, 809. 4, 66. Frequentissimus conjunctivi usus est in comparationibus, quibus abundat Quintus, ac primum quidem antecedente particularum *ὡς δ' ὅτε* conjunctione: 1, 76, ubi praegresso conjunctivo *ἴδῃ* deinde per *οὐ μὲν ὅσον* indicativus *ἰάνθη* et *ἔχει* infertur. Atque eadem ratione etiam in se-

quentibus comparationibus plerumque primum conjunctivus ponitur, tunc sequuntur in membris paratacticis indicativi. 440 sq. 524 sq. 633 sq. 696 sq. 2, 221 sq. 345 sq. 371 sq. 3, 375 sq. 6, 107 sq. 7, 455 sq. ib. 545 sq. 715 sq. 8, 230 sq. 278 sq. 331 sq. 379 sq. 414 sq. 10, 114 sq. 277 sq. 11, 110 sq. 122 sq. 170 sq. 401 sq. 13, 308 sq. 14, 75 sq. 175 sq. Porro inchoat comparationem ὡς δ' ὁπότε 4, 423 sq. 6, 125 sq. 8, 372 sq. 387 sq. 9, 172 sq. 473 sq. 13, 537 sq. 14, 33 sq. 263 sq., deinde ὡς δ' ὅταν 5, 435 sq. 493 sq. 13, 44 sq. et ὡς δ' ὁπόταν 6, 330. Tum comparationes instituuntur particula ὡς sequente conjunctivo: 1, 315. 615. 13, 73, porro εὖτε particula 1, 613. 2, 229. (ib. 471.) 3, 170. 325. 5, 380. 11, 483, deinde ἠύτε 1, 540. 2, 103. 5, 409. 7, 257. 8, 130. 268. 13, 258. 488, denique ὅπως 8, 338. Sed variat modos poeta metri gratia 9, 240:

ὡς δ' ὅτε σῦς ἐν ὄρεσσι νεηγενέων ἀπὸ τέκνων
θῶας ἀποσσεύησι, λέων δ' ἑτέρωθι φανείη
ἔποθεν ἐσσύμενος, τοῦ δ' ἵσταται ἄσπετος ὁρμή . . .

7, 637. Et optativus solus legitur post ὡς δ' ὅτε particulam, indicativo in membro adjecto sequente: 14, 63. Ut in membris primariis, ita etiam in adjectis membris, quoniam partes sunt comparationis, conjunctivum legimus. Temporales particulas in membris comparativis cum conjunctivo conjunctas, indicativo plerumque in membris primariis antecedente, habes has: εὖτε 1, 40. ib. 663. 2, 221 sq. 3, 354. 4, 555. 5, 387. 11, 309. ὅτε: 1, 65. 320. 3, 414. 5, 382. 410. 6, 326. 533. 8, 380. 9, 235. 271. 13, 104. 135. ὁπότε: 2, 347. 4, 79. 442. 8, 70. 177. 13, 482. 14, 90. Enuntiationes relativas, in quibus conjunctivus exstat, vide has: 1, 175. 262. 2, 379. 3, 64. 143. 222. 353. 378. 4, 238. 519. 5, 132. 298. 374. 6, 379. 536. 460. 7, 467. 505. 638. 8, 41. 73. 405. 9, 365. 456. 10, 242. 11, 146. 157. 208. 210. 230. 12, 531. 13, 55. 135. 261. 14, 284. Semel reperitur ὅν κε in comparatione 9, 177. Sed metri gratia tuti sunt hi loci: 1, 696 sq. et 8, 383 sq. De optativo σταίη vide quae Köchlyus disserit: „ne quis στήῃ inferri potuisse censeat, haec forma recentioribus Epicis aeque inaudita est atque εἴῃ, χυθείῃ et similia, quae interdum proponuntur, scilicet ut hos poetas in regularum per nostras grammaticas propagatarum carceres

includant! Breviter dici potest illas, quae feruntur grammaticorum quorundam auctoritate, conjunctivorum formas nihil aliud esse nisi ipsorum grammaticorum commentum poetis prorsus ignotum." Conjunctivum cum partt. conjunctum habes bis in minando: 2, 445 et 13, 194, saepius in adhortando et precando: 7, 213. 9, 279. 10, 15. 42. 12, 39. ib. 236. 14, 219. ib. 221. 6. 305. 7, 223. 9, 510. 10, 291. 12, 224. Sed nullo discrimine simplex conjunctivus usurpatus est: 4, 92. 5, 470. 7, 211. 12, 44. At caesurae trochaicae causa optativus exhibetur, imperativo praegresso 12, 34

*μιμνέτω ἔκτοθεν ἵππου ἀρήιον ἐνθέμενος κῆρ,*
*ὅστις ὑποκρίναιτο βίην ὑπέροπλον Ἀχαιῶν . . .*

et 10, 324 sq. De re quotannis repetita simplex conjunctivus positus est 2, 563 *ἐπιν'σσεται αἶαν, ὁππότε Μέμνονος ἦμαρ ἔῃ λυγρόν.* Eadem ratione modo simplici conjunctivo cum *ὁπότε* consociato, modo conjunctivo antecedente particula *ἐπήν* utitur: 10, 136. 7, 410. 1, 303. ib. 731. At metro exigitur optativus 1, 302: *καὶ τὸ μὲν ἀτρεκέως φῂς ἔμμεναι, ὁππότ' ἄρ' αὐτὴν τηλόθεν ἀθρήσειας·* Nihil offensionis est in nudo conjunctivo 3, 235. Deinde conjunctivum simplicem et cum partt. conjunctum promiscue posuit in iis rebus proferendis, quas ex causarum cohaerentia necessario eventuras esse colligi potest. Conjunctivum simplicem habes: 3, 483. 5, 145. ib. 149. ib. 168. At conjunctivum cum *κέ* particula conjunctum habes, 4, 490 et 3, 653. 10, 33. Sed iterum poeta optativi forman caesurae trochaicae causa praetulit 4, 409 *πολλὸν ἀμείνων*

*ἔσσεται, ὅς κέρσειεν ἄπο τρίχας ὀξέϊ χαλκῷ,*

ad quem locum Köchlyus disputat: „*κέρσῃσιν* autem ob id ipsum, quia aderat forma *κέρσειεν*, ponere noluit." Optativo *σάοι* autem utitur 13, 346, (cui verbo relativum pronomen praecessisse, quamquam in loco lacunoso, certum esse Köchlyus judicat) quia conjunctivus sine exemplo fuisset. Jam nonnullos afferam locos, qui demonstrent, quam valde Quinto conjunctivus in deliciis fuerit, ita ut praetulerit eum, ubicumque per metrum licebat, etiamsi secundum rerum cohaerentiam optativum exspectaremus; attamen alterum pro altero modo eo facilius ponere potuit, quia nullnm ei inter utrumque exstabat significationis

discrimen. 3, 307 πολλῶν θυμὸν ἔλυσεν κτείνων, ὅν κε κίχῃσι. 6, 597. 8, 366. 5, 355. Itaque ob metrum tantum longior optativi forma praelata est 12, 348 et 3, 754. Jam restant enuntiationes conditionales pertractandae. De ἤν particula in adhortando et minando recte adhibita jam supra vidimus. Praeterea conjunctivus cum κέ particula conjunctus semel legitur in sumendis et re ipsa et contrario 10, 400 et semel eadem fere ratione, ubi tamen alterum tantum membrum judicii disjunctivi a loquente profertur, alterum vero cogitatione supplendum est, quod fiet necessario, si illud non evenerit 3, 454 cfr. ib. 452. Similis est ratio horum locorum: 6, 445, ubi Köchlyus melioribus libris inventis εἴ κε particulam legendam esse persuasum sibi habet, quod eo verisimilius est, quod alias tantum εἴ κε a Quinto usurpatur, vid. 3, 454. 10, 42. ib. 400. 401. 14, 221. Porro cum ἤν particula 4, 492. 5, 257. 7, 215. ib. 518. 703. 8, 439 (cfr. Il. *X* 55). Item 10, 31. 11, 140. 13, 516. 14, 194. His locis refragatur 6, 86 ἤν περ Ἀχιλλῆος μεγαλόφρονος ὄβριμος υἱὸς ἔλθοι ἀπὸ Σκύροιο, πόροι δέ τις οὐρανιώνων νίκην εὐχομένοισιν καὶ Ἑλλάδα γαῖαν ἱκέσθαι, δώσω οἱ παράκοιτιν, quem locum Köchlyus dubitanter quidem reliquisse dicit, tamen vero defendere conatur disserens, optativum aut optandi notione, quae ei insit, explicandum esse, aut hoc modo: „Si Neoptolemus venire et Dii victoriam dare voluerint, ut hae res ab utrorumque voluntate aptae ponantur." Attamen utramque explicationem in Quintum conjunctivi amantissimum non cadere, immo conjunctivum emendandum esse mihi persuasissimum habeo, potissimum ratione habita consuetudinis Homeri, cujus vestigia noster saepe presse secutus est. Confer mihi Il. *I* 393. ib. 135. *Θ* 287 sq. *X* 99 sq. Apoll. Rhod. 1, 891. Similiter optativus locum habet 3, 196

τοῖς εἴ πως ἐρύσαιμεν Ἀχιλλέα δῃωθέντα,

ἵπποις μὲν μέγα κῦδος ὀρέξομεν ἠδὲ καὶ αὐτῷ Ἕκτορι,

quem nec ipsum Köchlyus emendare ausus est disputans: „hoc loco non tam simplex conditio, quae utrum eventura sit necne futuro tempore apparebit — hoc esset ἐρύσωμεν — enuntiari sed simul significari videtur, optare Paridem, ut ea quam enuntiat conditio eveniat." Sed quacunque ratione optativus explicatur,

mihi quidem ab usu Quinti alienus videtur. Contra metrum est, quod optativum postulat his duobus locis: 4, 40 et 3, 482 sq. In sententiis universalibus modo conjunctivum simplicem, modo cum partt. conjunctum posuit: 4, 68 *ἢν κορέσῃ*, contra 5, 264 *εἰ μὴ . . ἕπηται*, ubi Köchlyus eandem particulam *ἢν μή* legendam esse credit. 7, 586, ubi pro *καὶ ἢν* scribere vult *καὶ εἰ*. Continuat poeta comparationem his verbis: *ἢν γὰρ ἵκηται ἐγγὺς ἐπὶ προχοῇσι, μαραίνεται.* Atque adeo semel instituit comparationem particula *ὡς ἢν* 13, 241 *ἀπέκοψε κάρην γέροντος, ὡς ἤν τις ἀπὸ στάχυν ἀμήσηται.* pro qua Köchlyus in editione priore Lips. 1850 *ὡς εἰ* scripserat. Vid. Prolegg. p. 83. Contra optativus in comparatione tutus est metri gratia 5, 377. Optativus *ἴδοιτο*, qui 10, 445 in comparatione legitur, perfacile quidem in conjunctivum mutari potest, attamen excusandus videtur, quo potissimum delectatus sit poeta, quippe quod idem optativus cum iisdem particulis consociatus ter apud eum reperiatur: 7, 341. 5, 376. 1, 339. Unus locus huic consuetudini repugnare videtur 12, 19 *εἰ . . ἀνύσσῃ*. Sed jam scimus optativum *ἀνύσσαι* nostro prorsus insolitum fuisse. Quam valde vero Quinto conjunctivus in deliciis fuerit, etiam ea ex re apparet, quod hoc modo in omnibus enuntiationibus conditionalibus quae dicuntur *καθ' ὑπερβολήν* utitur vel *εἰ* vel *ἢν* particula antecedente, in quibus apud alios ejusdem classis poetas tantum optativum exhibitum esse cognovimus: 6, 423 *οὐδ' . . σαώσει, οὐδ' εἴ τοι νέκταρ καταχεύῃ*, 5, 312. 7, 390. 9, 507 (cfr. Ap. Rh. 3, 344). 10, 17. ib. 23. 12, 248. 14, 565. Sed recte se habet optativus metri gratia: 6, 620. 3, 72. 1, 605. In enuntiatis interrogativis item ubique conjunctivus dominatur in iis ipsis locis, ubi de rebus praeteritis ex mera poetae cogitatione proferendis agitur. Vide haec: 2, 21. 3, 347. 10, 11, at 5, 355. Sed caesurae trochaicae causa optativus exigitur 1, 607 sq. Uno loco vero Quintus propter accuratam Apollonii Rhodii imitationem optativum posuit, 4, 343. cfr. Apoll. Rhod. 2, 17. Denique loci notandi sunt, ubi conjunctivus legitur in oratione obliqua ex praeterito tempore apta: 11, 434 *Ἀργείους ἐκέλευε παρὰ κλυτὰ τείχεα Τροίης μίμνειν, ἄχρι πόληα πυρὶ πρήσαντες ἕλωσι.* 7, 495. 1, 91. 9, 412. 10, 261. Unus locus

huic consuetudini refragatur 14, 243 *εἰ δέ οἱ οὐκ ἀλέγοντες ἐπιπλώοιτε θάλασσαν, ἠπείλει λαὸν ὁμῶς νήεσσι ἐνθάδ᾽ ἐρύξειν.* Fortasse Quintus hoc loco secundum Apollonii Rhodii exemplum, quem in oratione obliqua optativo usum esse supra vidimus, hunc modum retinuit; attamen fatendum est, si quidem nostri dictionem secum ipsa convenientem reddere velis, conjunctivum scribendum esse.

Jam his absolutis ad tertiam quam constituimus classem accedamus, quae incipit a Nonno.

---

## III.

## De usu Conjunctivi et Optativi apud Nonnum ejusque pediseqnos.

Ut apud Epicos secundae classis prorsus conjunctivus aut idem cum eo significans optativus dominatur, ita apud Epicos tertiae classis plerumque indicativus locum habet in omnibus enuntiatis temporalibus, causalibus, relativis. Conjunctivus vero vel optativus perraro tantum exhibentur, atque ibi quidem, ubi propter metrum indicativi formae stare non poterant, aut ubi sive pro versus necessitate sive ex arbitrio conjunctiones mutantur et quidem *εἰ* in *εἴ κε* vel *αἴ κε* et *ὅτε* in *ὅταν*, aut denique, quamvis rarissime, de rebus incertis, quas loquens e rerum statu eventuras esse aliquo futuri temporis momento colligit. Indicativi usus apud Nonnum frequentissimus est et quidem aoristi, quo incerta quaeque vel fieri possunt vel solent, tamquam certa et vere facta proferuntur. Cfr. 8, 226 *εἰ δέ σοι οὐρανόθεν πόσις ἤλυθε καλὸς Ἀπόλλων, νόσφι δόλου εἰς σε χορεύσῃ.* At 8, 64 similis sententia conjunctivo enuntiatur: *εἰ δέ ποτ᾽ ἔλθῃ γαῖαν ἐς ἡμετέρην, γνώσεται.* Deinde praesens usurpatur, quo loquens se ipsum ad id tempus refert, quo res fiunt, vel res quae fiunt, refert ad id temporis momentum, quo loquitur. Haec praesentis significatio varia ratione exhiberi potest. Ac primum quidem Nonnus indicativo praesentis uti-

tur, ubicumque loquens rem aliquam, quae pro sua natura certo ordine repeti debet, ita proponit ac si fiat eo ipso tempore, quo loquitur. Deinde praesens locum habet, ubi quis rem aliquam, quam experientia doctus incertis spatiis interjectis accidere haud ignorat, profert, veluti si fieri eam eo ipso momento vidisset, quo eam fieri narrat. Quam ob rem indicativus praesentis in omnibus sententiis universalibus legitur, ubi apud antiquiores tantum conjunctivum usurpatum esse cognovimus. Cfr. 47, 362 *εἰαρινοὶ . . ὅτε πᾶσιν ἐπιπνείουσιν ἀῆται, χειμερίῃ . . μοῦνος ὁμιλήσειε θαλάσσῃ* 8, 66 *γνώσεται, οἷος Ἄρης, ὅτε χώεται.* 24, 291 *τίς καλέει Γλαυκῶπιν, ὅτ' ὠδίνουσι γυναῖκες.* Tum indicativo praesentis res proponuntur, quas nondum factas esse neque fieri, sed futuras esse apparet; neque vero loquens, qua ratione res inter se cohaereant, perpendit, immo se ipsum ad id temporis momentum referens, quo fient, tales proponit, quales sensu percipiantur. Cfr. 47, 201 *εἰ μὲν ἔτι ζώει γενέτης ἐμός, ἔρνεα κήπου ἀρδεύσω παλίνορσος ἅμα ζώουσα τοκῆι. εἰ δὲ πατὴρ τέθνηκε καὶ οὐκέτι δένδρα φυτεύει, ἀθρήσω μόρον ἶσον ἐπὶ φθιμένῳ γενετῆρι.* 48, 20. 37, 17. Denique Nonnus etiam futuro tempore utitur, qua verbi forma id tanquam certe eventurum ponitur, quod adhuc incertum ac suspensum est e consilio capiendo, cfr. 15, 320 *εἰ δὲ.. οἰστεύσεις με καὶ αὐτή, μὴ πέμπε.* Sed jam satis haec in universum dicta esse videntur: apparebunt quae voluimus ex exemplis infra afferendis. Id tantum liceat hoc loco observare, quam valde distet haec recentioris carminis epici ratio ab antiquissima, quantaque sit mutatio, quam poesis subierit. Homerus enim narrat res, quales ratione inter se cohaerentes cogitatione percipiantur easque proponit legenti vel audienti ad judicandum; itaque conjunctivo utitur. Nonnus vero describit res, quae sensu percipiuntur; nec profert eas ex judicio loquentis, ita ut appareat ipsum rerum cohaerentiam et conditionem animo perspexisse, immo statum rerum tanquam praesentem legenti cognoscendum proponit. Sed jam redeundum est, quo nostra disputatio tendit. Conjunctivus et optativus ubi ponuntur, prorsus idem significant. At cum optativi longiores formae facilius se metro accommodarent, factum est ut hic modus in enuntiatis temporalibus et

causalibus atque etiam in apodosi saepius exstet, quam conjunctivus. In enuntiatis liberis optativus in locum imperativi succedit, ubicunque hic modus propter metrum stare non poterat: multo rarius conjunctivus imperativi locum occupat. Ita habes apud Nonnum optativum fere ducenties in enuntiatis liberis, conjunctivum fere quinquagies. Quomodo vero imperativum et optativum et conjunctivum pro versus necessitate variaverit, ex his locis cognoscas: 11, 457 sq. 16, 35 sq. 9, 66 sq. 11, 198. 16, 153. 16, 210. 16, 316. 17, 171. 19, 328. 20, 239. ib. 270 sq. *μηδὲ τεοῖς ἱκέτῃσιν ἀναστήσειας ἐννώ.*
*μὴ τεὸν ἀστερόεντι δέμας θώρηκι καλύψῃς.*
*μὴ κεφαλὴν σφίγξειας ἀερσιλόφῳ τρυφαλείῃ.*
*μὴ τρίχα μιτρώσειας ἐχιδνήεντι κορύμβῳ.*
*ἀλλὰ.. δῶρα τίταινε... δέμας κόσμησον κτλ.*
38, 61. 11, 321. 16, 204. Optativum vero, imperativi vice fungentem, adjectis particulis *μή*, *μηδέ*, *μηκέτι*, eumque in secunda singularis persona habes his locis: 2, 211 *μὴ τελέσειας*. 5, 531. 15, 342. 24, 31. ib. 35. ib. 164—165. 34, 210. 46, 342. 47, 292. Porro semper legitur *μὴ τρομέοις*, nunquam *μὴ τρομέῃς*: 11, 79. 18, 236. 25, 353. 29, 56. 31, 178. ib. 179. 38, 61. ib. 78. 47, 540. Item habes *μὴ ἔχοις* vel, omissa negatione, *ἔχοις* pro *ἔχῃς*: 1, 444. 11, 42. 13, 34. 16, 150. 38, 257. 42, 404. Porro 22, 397 *μνώεο καὶ οὐκέτι μιαίνοις*. 31, 225 *ἐγείροις*. 42, 311 *μὴ ἄγοις*. Et in tertia persona: 3, 442 *μὴ θέλξειε*. 5, 431. 29, 55. 36, 463. 43, 365. 39, 198. 47, 358. Particula negativa omissa optativus impetivi vices tenens saepissime in tertia et singularis et pluralis persona legitur: 2, 261 *ἀπορρίψειεν*. ib. 267. 279. 287. 289. 290. 298. 307. 315. 321. 323. 43, 155. 2, 326. 333. ib. 573. 576. 5, 529. 8, 222. 223. 237. 238. 262. 307. 9, 88. 10, 303. 12, 89. 15, 125. 127. 128. 131. 17, 293. 20, 387. 388. 21, 138. 224. 24, 308. 25, 349. 27, 35. 38 63. 78. 121. 124. 172 174. 209. 211 28, 89. 33, 253. 331. 37, 323. 43, 74. 75. 79. 84. 99. 101. 111. 113 116. 121. 141. 161. 171. 46, 301. 47, 360. 363. 48, 438, in quibus omnibus locis tantum optativi formas in *-ειε* et *-ειαν* desinentes reperias. Deinde metro postulantur optativi 4, 405 *ἀναστάχυοιτο*. 8, 283. 31, 86. 43, 72 ib. 85. 126. 151. 158. Praeterea semel habes 9, 228 *ἐρίζοι*, 1, 457 *συναστράπτοι* et

ἴδοι 47, 357. ib. 361 ἴδοι, ἱλήκοι 8, 73. 16, 325. 25, 254. 29, 115. 30, 287. 46, 297. ἵλαος εἴη bis in fine versus 10, 281. 15, 390. Optativum pro imperativo in secunda singularis persona habes: 4, 183 χαίροις. 13, 502 λέξειας. 25, 211 ἱλήκοις. cfr. 10, 314. 34, 105 φανείης. 48, 447 ἐσαθρήσειας. Saepius optativum mere posuit, ubi fere ἄν vel κέ addi solet: 1, 477. 2, 275. 4, 139. ib. 145. 146. 5, 423. 8, 310. 11, 15. ib. 266. 347. 350. 12, 235. (16, 121). 17, 177. 181. 20, 288. ib. 324. 24, 206. 25, 357 sq. 360. 35, 126. 40, 136. ib 208. 484. 42, 300. 44, 207. 47, 384. 48, 506. 507. Optativi vero cum partt. conjuncti habemus insuper haec exempla: 1, 487. 6, 346. 34, 64. 29, 18. 37, 420. Particulae ἄν vel κέ apud Nonnum raro inveniuntur, quas quam valde evitaverit, etiam ex ea re apparet, quod nunquam vocabula illa apud priores Epicos tam frequentia φαίης κε exhibuerit, sed aut simplicem optativum φαίης scripserit, velut 5, 487, aut τάχα φαίης 1, 57. 4, 18. 5, 186. 17, 13. 25, 421. 26, 212 37, 292. 46, 123. 48, 365, quae ubique exstant in fine versus Similiter semel reperitur 42, 262 τάχα δακρύσειε Optativi optantis denique haec habes exempla: 2, 149 εἴην δένδρεον. ib 153. cfr 4, 162. 15, 260. 19, 29. 2, 229. 4, 148. 15, 320. Conjunctivus aliquoties futuri vice reperitur isque in prima singularis persona: 7, 301 ἔλθω 44, 206 ἴδω. 47, 396 ἴδω, et in tertia persona: 39, 142 ἐνίψῃ, idem 48, 508. 46, 340 ἐσαθρήσῃ, et in secunda pluralis persona 35, 353 ἀθρήσητε sequente futuro ὄψεσθε ib. 357. Deinde animadvertas conjunctivum adhortativum eumque affirmative in prima tantum pluralis persona: 20, 278 πλέξωμεν. 21, 133. 135. 25, 22. 27, 126. 42, 287, deinde negative eumque in secunda singularis persona: 2, 138 μὴ τελέσῃς. 6, 305. 34, 72 10, 109. 27, 281 10, 314. 27, 59 16, 212 19, 32 26, 18. 18, 19. 19, 38. ib. 331. 24, 55. 31, 175 ib 185. 35, 300. 42, 239. 47, 524. 42, 376 48, 844, et in secunda pluralis persona: 11, 434 φεύγετε, μηδὲ πίητε. 26, 121 μή με κατακτείνητε, et in tertia singularis persona semel 36, 125 μή σε λίπῃ ἔρως, semel quoque in tertia pluralis persona 16, 93 μηδ' ἀστορέες σέο νῶτα κατατρίψωσι χαμεῦναι. Jam Nonnum multo liberaliore conjunctivi et optativi usu in enuntiatis liberis valde differre a poetis ipso antiquioribus

apertum est. Cujus rei tamen causa est potissimum regula, quam sibi scripsit, prosodica. Nam si accuratius aspexeris, frequentissime leguntur longiores illae optativi in -ειας -ειε -ειαν desinentis formae, quae, cum metro facillime se accommodarent, ad evitandos duos in uno commate conjunctos spondeos (vid. Wernick. Tryph. p. 39) cum nullis aliis commutari poterant. Perraro tantum alias optativi formas admisit, quas aut ex alieno usu ei inhaesisse (vid. Lehrs quaestt. epp. p. 266 al.) aut inscio in consuetudinem fere constantem abiisse putandum nobis est; quam ob causam invitante quadam dicendi commoditate interdum aliorsus ferebatur et ab usu suo declinabat.

Jam ad enuntiationes temporales, causales, relativas pertractandas progrediamur. In quibus quantopere indicativus praevaleat, ecce haec: Ex centum quadraginta enuntiationibus particula ὅτε institutis quinque tantum inveniuntur, quae conjunctivum continent, et ex quadringentis enuntiationibus conditionalibus viginti una, in quibus conjunctivus, et quattuordecim, in quibus optativus locum habet, illis nimirum exceptis, in quibus particula ἤν cum verbo ἐθέλω constanti usu consociata est. Ac primum quidem — ut ad singula accedam — indicativus dominatur in omnibus comparationibus. Saepe in iis imperfectum a Nonno usurpatum esse, quod perraro tantum apud antiquiores epicos reperiretur, a Lehrsio l. all. p. 293 commemoratum est. Sed bis et quidem in fine versus, quo loco plenior forma acceptior ei erat, conjunctivum legimus, pro quo eam ipsam ob causam indicativus aoristi exhiberi non poterat 22, 292 λεπτὸς ὄνυξ ἅτε παιδὸς, ὅτε χροὸς ἄκρα χαράξῃ et 29, 84 ὡς ὅτε μήτηρ παιδὸς ἑοῦ κνώσσοντος ἀφειδέα μυῖαν ἐλάσσῃ. Contra caesurae trochaicae causa moveri non potest optativus hoc loco 43, 270 sq. In enuntiatis temporalibus poeta pro versus necessitate modo particula ὅτε vel ὁπότε, modo εὖτε vel ἡνίκα usus est, cfr. 25, 150—156 et 27, 270—274. Cum haec particula neque cum conjunctivo neque cum optativo conjuncta sit, illarum tantum ὅτε, ὁπότε, εὖτε rationem habebo. Habes eas imperfecto sequente his locis: 1, 141. 3, 206 sq. (ubi plusquam perfectum pass. κεκάλυπτο pro imperfecto usurpatum esse a Lehrsio l. all. p. 292 notatum non est.) ib. 214. 305. 4, 230.

350. 389. 5, 572. 573. 6, 233. 7, 20. 10, 250. 311. 11, 304. 14, 194. 330. 15, 250. 17, 27. 29. 18, 280. 19, 215. 22, 136. 23, 313. 24, 330. 25, 7. 77. 150 sq. 157. 27, 274. 28, 320. 33, 225. 34, 185. 35, 230. 253. 37, 86. 289. 430. 651. 38, 121 sq. 39, 288. 41, 77. 99. 369. 43, 185. 44, 240. 46, 1. 48, 10. Plusquamperfectum *κεκόρητο* praeterea habes 6, 50 et *ἀνηέξητο* 38, 184. 44, 243. Porro easdem particulas sequente aoristo animadvertas: 1, 143. 3, 18. 57. 198. 203. 215. 243. 371. 4, 21. 322. 5, 2. 260. 304. 570. 6, 86. 104. 159. 7, 32. 310. 10, 80. 275. 11, 228. 12, 46. 54. 64. 103. 13, 27. 101. 303. 440. 522. 14, 83. 247. 17, 67. 18, 62. 167. 11, 134. 20, 160. 21, 245. 22, 1. 297. 23, 26. 122. 25, 90. 95. 106. 26, 107. 264. 27, 273. 29, 276. 291. 30, 68. 286. 33, 9. 215. 34, 124. 170. 35, 204. 242. 257. 365. 36, 437. 38, 15. 120. 40, 66. 70. 86. 251. 366. 406. 41, 57. 69. 41, 154. 43, 249. 44, 41. 50. 45, 43. 202. 273. 46, 145. 48, 183. 594. Deinde particulas illas sequente praesenti habes: 2, 495. 5, 279. 7, 44. 51. 8, 66. 115. 11, 77. 305. 307. 12, 279. 285. 288. 14, 334 22, 62. 351. 23, 179. 24, 291. 26, 22. 23, 189. 30 30 sq. 31, 119. 252. 33, 115. 34, 17. 18. 74. 35, 113. 37, 608. 38, 284. 391. 40, 376. 383. 42, 163. 168. 212. 214. 266. 289. 381. 435. 437. 47, 360. 362. 48, 20. 482. 540. 899. Perfecto sequente 7, 129. Futuro sequente 12, 268. 41, 389. 393. 48, 21. Conjunctivi usus iisdem particulis antecedentibus, quarum locum aliquoties tantum metri gratia *ὅταν* occupat, comparatus ille cum indicativi abundantia simplicissimus ac fere tenuis est. Ac primum quidem tres notabo locos, ubi conjunctivus tantum propter versus finem indicativo aoristi praelatus videtur 2, 235 *ὅτ' Εἰλείθυια λοχεύσῃ*, 33, 373 *εὖτε τελέσσῃ* ib. 377 *εὖτε νοήσῃς*. Porro conjunctivum habemus de futuro singularis actionis tempore 36, 415 *φανήσεται, ὁππότε.. ἀναστήσωσιν*, et bis post *ἐπήν*: 34, 211. 44, 312. Bis habes conjunctivum praegressa particula *ὅταν*, et quidem utroque loco *ὅταν τις ἐνίψῃ*: 8, 89 et 20, 366. Sed metro optativus exigitur 15, 329 et 4, 148. Denique semel conjunctivus in sententia generali locum habet, ubi alias tantum indicativus praesentis exhibetur 42, 86. *Εἰσόκε, ἄχρι, μέχρι, ἕως* item potissimum cum indicativo aoristi vel praesentis aut cum imperfecto conjunguntur de rebus et praeteritis et futuris. Vide

haec: 12, 91 *παρέστιχεν, εἰσόκε χῶρον ἵκανεν.* cfr. 48, 98. ib. 326. 13, 149 sq. ib. 207. 25, 200. 25, 375. 27, 276. 33, 338. 36, 431. 37, 431. ib. 694. 38, 7. 45, 193. 2, 372. 20, 157. 39, 21. 35, 233. 38, 23. 40, 515. 41, 394. 20, 378. 40, 59. At conjunctivus exhibetur, ubi indicativi formae metri gratia stare non poterant 36, 477 *ἀμβολίην ποίησαν, εἰσόκε ταρχύσωσι* 24, 150 *ἐμίμνομεν, εἰσόκεν ἔλθῃ.* 31, 101 *μέχρι νοήσῃ.* 38, 226 *ἕως τελέσσῃ.* Sed in iis rebus proferendis, quas futuro tempore eventuras esse e rerum conditione colligi debet, conjunctivus et optativus promiscue ponuntur, prout metrum postulat. Conjunctivum habes: 25, 363. 47, 200. 25, 350. 40, 466. 36, 151. 8, 94. At optativum 21, 234. 27, 315. 35, 294. 21, 51. 37, 207 sq. 16, 162. Porro in enuntiatis particula *αἴθε* institutis plerumque indicativus legitur: 5, 344 *αἴθε μοι ἄλγος ὄπασσεν.* 346. 360. 361. 434. 510. 11, 32. 15, 257. 16, 63. ib. 321. 20, 372. 24, 209. 25, 200. 29, 109. 33, 249. 34, 245. ib. 295. 46, 49. ib. 306. 47, 366. ib. 370. 48, 495. 30, 175 *αἴθε καὶ Ἀιδονῆα δυνήσομαι ἠπεροπεύειν.* 40, 138 *αἴθε φανήσομαι.* Sed iterum optativus vel conjunctivus exhibentur pro versus necessitate 15, 269 *αἴθε καταψύξειεν, ἴδω δέ..* 40, 200 *αἴθε.. ὀλέσῃ. ῥίψειεν.* 47, 384. 48, 512. 10, 104. 4, 96. 1, 328. 11, 329 *αἴθε.. εἴην.* 10, 101 *αἴθε.. ὁδεύοι,* ubi optativus ponendus erat, quia indicativus praesentis in enuntiatis particula *αἴθε* institutis nusquam locum habet, sed tantum aoristus vel futurum. Eadem est ratio enuntiationum relativarum, in quibus et ipsis indicativus regnat. Itaque eas tantum breviter denotabo, in quibus futurum reperitur et metri gratia interdum hoc tempus cum conjunctivo vel optativo commutatur. 16, 95 *αὐτὸς ἐγὼ στορέσω σέο δέμνια, τοῖσι πετάσσω δέρματα.* 17, 178. 27, 30 ib 301. 306. 31, 122. 34, 212. 35, 385. 41, 425. 43, 433. 42, 514. 234. At conjunctivus positus est 30, 177, cfr. ib. 170, et caesurae trochaicae causa optativus 40, 448 et 47, 565 *εἰπέ, τί σοι ῥέξειε;* et metro excusatur etiam 8, 100 *κεῖθι μένω, μὴ κῆτος ἴδω.. . οὓς Κρονίδης μετόπισθεν ἐνιστήσειεν Ὀλύμπου.* Porro unum exemplum totum adscribam, quo luculenter appareat, metrum esse, propter quod poeta modos variaverit: 19, 136 *ὅστις ἀεθλεύσει κυκλούμενος ἴδμονι ταρσῷ*

*νικήσας τροχαλοῖο ποδὸς κρίσιν, οὗτος ἑλέσθω*

6*

*καὶ χρύσεον κρητῆρα καὶ ἡδυπότου χύσιν οἴνου*
*ὃς δὲ πέσοι σφαλεροῖο ποδὸς δεδονημένος ὁλκῷ,*
*ἥσσονα δ' ὀρχήσαιτο, καὶ ἥσσονα δῶρα δεχέσθω.* cfr. 37, 202. Sed utrumque membrum contrarium continens optativo profertur caesurae trochaicae causa 37, 714 sq. confer Hom. Il. Ψ 855. Jam ad enuntiationes conditionales venimus. Priusquam eas, in quibus conjunctivus reperitur, observamus, breviter eas, in quibus indicativus locum habet, denotemus. Ac primum quidem Nonnus indicativo utitur de iis rebus, quas veras esse ipsa rerum conditio confirmat: 20, 314. 12, 247. cfr. v. 208 et 245. Frequens in hoc genere est particularum conjunctio *καὶ εἰ*, velut 2, 229 *καὶ εἰ Τιτηνὶς ἀκούω, οὐκ ἐθέλω.. ἰδεῖν*, dicit de se ipsa. cfr. 12, 262. 15, 276. 16, 130. Praesens usurpatum est: 16, 170. 18, 359. 20, 217. 314. 24, 298. 27, 26. 29, 134. ib. 304. 30, 30. 40, 566. 43, 95. 46, 223. 47, 599. 703. 48, 770. 837. Praeteritum tempus, et aoristus et imperfectum legitur: 2, 525. 537. 625. 3, 122. 331. 4, 135. ib. 394. 8, 14–23. 10, 94. 191. 220. 221. 222. 226. 230. 267. 269. 235. 238. 243. 11, 250. 12, 136. 219. 15, 236. 420. 16, 295. 19, 335. 20, 135. 23, 19. 25, 33. 82. 234. 29, 209. 33, 328. 34, 61 sq. 37, 136–152. 39, 368. 40, 420. 41, 221. ib. 250. 260. 43, 123. 44, 315. 45, 112. ib. 178. (Plusq. *πεφόρητο*) 46, 325. 47, 505 sq. 48, 198. 464. Item noster saepe indicativo praesentis vel praeteriti utitur, ubi quis deum vel hominem orat atque obsecrat, ut faciat aliquid, enuntiatione conditionali quodammodo causam hujus precationis afferens. Praesens tempus habes: 11, 315 *εἰ φιλέεις με, Ἄμπελον αὐδήεντα τίθει.* 17, 280. ib. 250. 27, 101. 31, 187. 33, 164. 37, 640. 44, 193. 197. 204 et praeteritum 39, 138. cfr. 46, 42. Deinde Nonnus indicativo utitur de iis rebus sumendis, quae utrum verae sint necne loquens ipse non exquisivit, sed ab alio quodam affirmatas recepit. Apud Homerum in hoc genere usitatissimum est praesens tempus; sed apud Nonnum praesentis et praeteriti aequus fere numerus est. Praeteritum habes: 3, 160 *εἰ ἐτεόν ποτε κεῖνον δάκρυσεν Ἀπόλλων.* cfr. 29, 95. 3, 314. cfr. 1, 54 sq. 3, 360. 4, 85. cfr. 3, 337 sq. 4, 255. 11, 289. ib. 296. cfr. 11, 66 et 75. 25, 32. Praesens habes 35, 111. 38, 106. 42, 377. 4, 124 cfr. 3, 376. Futurum

neque in hoc neque in illo genere reperitur. Tum Nonnus indicativo et praesentis et praeteriti et futuri de iis rebus sumendis utitur, quae ex libero arbitrio loquentis pro veris ponuntur. Cfr. Bäumlein l. all. p. 93 „Es findet diese Construction aber vornehmlich da statt, wo schlechthin, ohne alles Interesse, ohne alle Erwartung des Sprechenden die Bedingung genannt wird, unter der etwas geschieht" cfr. ib. p. 39. Praeteritum habes his locis: 1, 469. 1, 472. 5, 506. 7, 241—253. 8, 216. 220. 226. 235. 10, 203. ib. 208. 11, 360. ib. 346. 349. 337. 340. 341. 11, 446. 452. 454. 455. 15, 356. 16, 137. 30, 158. 31, 53. 33, 123. 38, 78. 39, 68. ib. 39. 40, 149. ib. 399 sq. 43, 175. 44, 148. 180. 46, 36. 65. 47, 354. 48, 400—406. ib. 704 sq. Perpaucis tantum locis in hoc genere praeteritum praesentis habet significationem, velut 1, 469 *εἰ δὲ σὺ ἀπ᾽ αἰθέρος ἤλυθες Ἑρμῆς, δεῖξον* i. e. si tu Hermes es, ostende mihi. 30, 158. Apud Homerum fortasse nullum hoc modo adhibitum reperias praeteritum, quod non praesentis habeat vim. Eam ob causam princeps ille poeta potissimum etiam perfecto tempore utitur ad rem quandam proferendam ex libero arbitrio loquentis pro vera positam, quippe quod rem esse impletam significet, ita ut usque ad praesens tempus permaneat (cfr. Krüger Gr. Gr. §. 53, 3.); sequitur tunc in apodosi plerumque praesens vel imperativus. Haec vero reperias apud eum perfecta: *ὄρωρεν* Il. *M* 348, quod nihil nisi *ἐστί* est. *N* 256 *εἰ λέλειπται* reliquum est. *Σ* 120 *τέτυκται.* Od. *η* 199 *εἰλήλουθεν.* *ϑ* 146 *δεδάηκας* scis. *λ* 494 *πέπυσσαι.* *γ* 93 *ὄπωπας ἢ ἄκουσας.* *ϱ* 106 id. *τ* 85 *ἀπόλωλε.* *υ* 208 *τέθνηκε.* *β* 271 *ἐνέστακται.* Porro habes aoristos: *ἔθεσαν* *A* 290. *Ξ* 337 *ἔπλετο φίλον* gratum est, atque imperfectum Od. *ζ* 179 *ἔχες.* Apud Nonnum perfectum semel tantum reperitur 47, 203 *τέθνηκε*, semel plusquamperfectum 40, 149 *πέπρωτο* Praesens, quod apud Homerum in hoc genere persaepe legitur, etiam apud Nonnum frequentissimum est et fere eadem proportione invenitur atque aoristus. Haec habes praesentia apud nostrum: 1, 474. 2, 326. ib. 679. 4, 90. 158. 164. 171. 5, 421. 439. 8, 155. 167. 303. 9, 68. 10, 198. 11, 209. 12, 161. 165. 16, 109. 149 sq. 157. 17, 178. 250. 19, 187. 21, 275. 24, 168. 25, 113. 26, 124. 27, 70. 73. 82. 189. 29, 309 sq. 30, 121. 33, 47. 34,

325. 35, 150. 37, 338. 342. 42, 39. 483. 43, 79. 46, 72. 206. 348. 47, 201. 341 sq. 408. 430. 48, 360. Futurum ita adhibitum est his locis, apud Homerum semel Il. *B* 379, apud nostrum: 2, 130. 15, 320. 27, 182. 30, 155. 47, 411. Interdum metri gratia indicativus praesentis cum optativo commutatur 8, 155 *εἰ χαρίζεαι μηδὲ τεὴν ὀπάσειας μίτρην, ἐλεύσομαι.* 16, 151. 27, 189. Conjunctivus comparatus ille cum hac liberali indicativi consuetudine perraro tantum exstat in enuntiatis conditionalibus, atque ibi quidem plerumque legitur, ubi pro versus necessitate indicativus locum habere non poterat, potissimum in fine versus, quo quidem loco plenior forma acceptior erat. Itaque etiam iidem fere tantum conjunctivi nobis occurrunt, quos jam supra a Nonno adhibitos esse observavimus *ἔλθῃ*, pro quo alias indicativum *ἤλυθε* usurpavit *νοήσῃς* vel *νοήσῃ*, *τυχήσῃς*, *ἐλάσσῃς*, *εὕρῃς*. Deinde poeta noster conjunctivo utitur, ubi conjunctiones mutavit et quidem *εἰ* in *αἴ κε* vel *εἴ κε* vel *ἤν*. Sed in locum hujus conjunctivi optativus in *-ειας*, *-ειε* vel *-αιτο*, *-αιντο* desinens succedit, ubi metrum postulat. Habes igitur conjunctivum in fine versus particula *εἰ* praegressa: 4, 194 *εἰ δὲ ποτ' ἔλθω*, sed paullo ante indicativum legimus ib. 192. cfr. 47, 201—204. 8, 64 *εἰ δέ ποτ' ἔλθῃ* cfr. 8, 226 *εἰ . . πόσις ἤλυθε*, et 10, 203. 47, 408 sq. At optativus caesurae trochaicae causa exhibetur 44, 151 et ib. 155. Porro conjunctivum habes 31, 113 *εἰ δέ μιν εὕρῃς, λέξον* 46, 91. 48, 522. At in locis similibus indicativum habes: 5, 506. 8, 296. 16, 369. 35, 333 al. Metrum vero est, quod optativum postulat: 38, 264. Praeterea conjunctivus reperitur antecedente *εἰ* particula 24 211 *εἰ δὲ τέκω ποτὲ παῖδα καὶ αἰτίζῃ γενετῆρα.* Sed paullo saepius optativum invenimus metro postulatum, bis 16, 101 et 20, 219 *εἰ χρέος εἴη* in fine versus. 21, 329 *εἴ τις ὀϊστεύσειε*, quocum loco confer mihi 23, 19 sq. et 8, 14, ubi indicativus legitur. 16, 26. 27, 176 sq. 33, 366. 47, 338. Deinde poeta variat modos, conjunctionibus mutatis et quidem *εἰ* in *ἤν*, *αἴκε*, *εἴκε*, quas conjunctivus vel optativus sequitur. Vide haec: 15, 341 *ἢν δὲ κατακτείνῃς με, μὴ φλέξειας ἐμὸν δέμας*, sed bis prorsus simili ratione indicativum habes 11, 202 *εἰ δὲ κατακτείνεις με, εἰς Σατύρους με κόμιζε.* 46, 206. Porro 5, 522 *ἢν δὲ κατακρύψῃς* 16, 34. 46, 85. 34, 16. 48, 651. Post *αἴ κε* habes conjunctivum his locis: 16, 214 *αἴ κεν ἴδῃς.* 29, 60. Bis habes *αἴ κε θάνῃς* in initio enuntiationis 29, 130 et 33, 363. Porro 35, 298. 40, 14. 29, 58. Particulam *εἴ κε* praegressam semel conjunctivus sequitur 33, 170 *εἰ δέ κεν ἄμφω . . . ἔσω Λιβάνοιο νοήσῃς, οὐ δύνασαι διακρίνειν.* Sed caesurae trochaicae causa optativus locum habet 21, 234. Semel legitur *καὶ ἤν* particularum conjunctio 26, 129, quo loco excepto tantum exstat *καὶ εἰ*, cfr. 9, 68. Denique restant loci denotandi, ubi constanti usu poeta *ἤν* particulam cum

verbo ἐθέλω conjunxit. Habes ἢν ἐθέλῃς novies et vicies: 1, 439. 447. 468. 4, 160. 16, 94. 19, 26. 20, 219. 34, 329. 35, 129. 42, 252. 42, 310. 45, 104. 10, 87. 320. 11, 366. 16, 140. 17, 300. 304. 21, 246. 24, 307. 29, 144. 30, 124. 34, 330. 36, 58. 42, 479. 46, 25. 47, 651. 48, 359. ἢν ἐθελήσῃς undevicies: 4, 107. 8, 171. 10, 299. 31, 158. 224. 34, 202. 36, 76. 39, 164. 47. 390. 525. 48, 357. 7, 314. 16, 82. 19, 29. 40, 19. 42, 282. 5, 471. ἢν ἐθελήσω quinquies: 6, 316. 7, 293. 23, 226. 29, 307. 45, 10. ἢν ἐθελήσῃ quater: 16, 38. 21, 222. 27, 83. 11, 307. ἢν ἐθέλω bis: 29, 307. 40, 29. ἢν ἐθέλῃ bis: 27, 201. 43, 141. ἢν ἐθέλῃσθα semel 19, 28. Ubi vero aliud quoddam vocabulum inter particulam et verbum intercedit, tantum εἰ cum indicativo exhibetur, velut 11, 361 εἰ δὲ τεῆς ἐθέλεις ἄλκαρ ἀνίης. 42, 403. 2, 669. 46, 81. Prorsus idem qui in enuntiatis conditionalibus valet usus in interrogationibus indirectis. Plerumque regnat indicativus: 24, 162. 35, 329 sq. 38, 46. 41, 328. ib. 355. 48, 483. At caesurae trochaicae causa optativus exhibetur 29, 375 et 48, 590. Conjunctivum ἔλθῃ in fine versus habes 35, 100 ἵστατο δεδεγμένη, εἴ ποθεν ἔλθῃ.

Hinc recta ducaris ad Nonni successorum consuetudinem in modis ponendis, quae prorsus cum illa convenit. Artissime ad ejus exemplum se applicuerunt Tryphiodorus, Musaeus, Coluthus. Apud Tzetzem indicativus ita grassatur, ut antecedentibus etiam particulis εὖτ᾽ ἂν 1, 86. 3, 136. ἐπεὶ ἂν 3, 463. ὅσ᾽ ἂν 1, 166. ὅσσα κεν ἂν ib. 369 invenias.

Scripsi etiam hanc quaestionis particulam; attamen ne nimis vastum volumen ederetur, typis mandare nolui.

---

# VITA.

Johann Matthias Petrus Witting, Wirsitziensis, natus sum d. IV m. Nov. anno hujus saeculi XXXIX patre Rudolpho, matre Louise e gente Rentel, quam subita morte mihi ereptam doleo. Fidei addictus sum evangeliae. Cum decimum vitae annum absolvissem, receptus sum in numerum discipulorum gymnasii Brombergensis, quod nunc quoque rectore Deinhardtio floret. Ejus scholas per annos fere undecim frequentavi. Testimonio deinde maturitatis instructus adii universitatem Gryphisvaldensem, ut philologicis studiis operam navarem. Ubi scholis interfui Schoemanni, Hertzii, Schäferi, Georgii, Baieri, Susemihlii aliis. Sequentis anni vere sedem illam litterarum cum universitate Fridericia Guilelma Berolinensi commutavi ibique audivi Böckhium, Geppertum, Steinthalium, Trendelenburgium, Droysenium, Müllenhoffium alios docentes, exercitationibus philosophicis v. ill. Trendelenburgio moderante operam dedi. Quibus viris omnibus gratias ago quam possum maximas.

Nunc in familia Bone, possessoris equistris fundi, praeceptoris munere fungor.

# THESES.

### I.

Zosimus in historia sua componenda secutus est Eunapium, Dexippum, Olympiodorum.

### II.

Ethices fundamentum in *εὐδαιμονίᾳ* positum esse non potest.

### III.

Oppiani verba Hal. II, 412 *ὑγρὸν ἀείδων* perperam explicat Papius Griech.-deutsch. Wört. II. p. 1150: „schmelzend singen."

### IV.

Fragmentum 49, quod a Suida sine auctoris nomine in lex. s. receptum a Boissonadio tribuitur Eunapio, e Zosimi lib. IV. cap. 60, 4 repetitum est.

### V.

Lehrsii et Rittershusii versiones latinae, quae sunt de Oppianorum carminibus, permultis locis egent emendatione, velut Cyn. I, 309. 374. II, 233. 258. 270. (381. 527.) 413. 451. 570 sq. 588. 590. III, 448. IV, 64. 96. 363. Hal. I, 301. II, 113. 427. III, 166. 272. IV, 53. 258. 638. V, 61. 145. 259.

### VI.

In Hesiodi Op. et d. v. 22 pro *χατίζων* scribendum esse censeo *χατίζει.*